John Adams
Library,



IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.



SHELF No
★ ADAMS
142.6

[illegible]

aude:ſed in vitium libertas excidit, & vim
dignam lege regi: lex eſt accepta: chorusque
Turpiter obticuit ſublato iure nocendi.
Nil intentatum noſtri liquere Poetæ,
Nec nimium meruere decus, veſtigia Græca
Auſi deſerere, & celebrare domeſtica facta,
Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.

Fabula generale nomen eſt: eius duæ primæ partes ſunt, gœdia & comœdia. Si Latina argumentatio ſit, prætexa dicitur. Comœdia autē multas ſpecies habet: aut enim liata eſt, aut togata, aut tabernaria, aut attellana, aut mus, aut rhyntonica, aut planipedia. Planipedia autem ta ob humilitatem argumenti eius, ac vilitatem actorn, qui nō cothurno aut ſocco vtuntur in ſcena, aut pulo, ſed plano pede: vel ideo quod non ea negotia continet, æ perſonarum in turribus, aut in cœnaculis habitanm ſunt, ſed in plano & humili loco. Perſonati primi ee dicuntur Comœdiam Cincius & Faliſcus: Tragœdiam nutius & Prothonius. Omnium autem Comœdiarum ipta ex quatuor rebus omnino ſumuntur, nomine, loco, to, euentu. Nomine, vt Phormio, Hecyra, Gurgulio, Elicus. Loco, vt Andria, Leucadia, Brunduſina. Facto, vt nuchus, Aſinaria, Captiui. Euentu, Commorientes, Abi, Heautontimorumenos. Comœdiarum formæ ſunt Palliatæ, Græcum habitum ferentes, quas nonnulli ernarias vocant. Togatæ iuxta formam perſonarum, bitum togarum deſyderantes. Attellanæ ſalibus & iocis npoſitæ, quæ in ſe non habent niſi vetuſtam elegantiam. mœdia autem diuiditur in quatuor partes, Prologum, otaſin, Epitaſin, Cataſtrophen. Prologus eſt prima dictio, Græcis dicta προλογος, id eſt, antecedens veram fabulæ npoſitionem elocutio. Eius ſpecies quatuor ſunt, συστατικὸς, commendatitius: quo fabula vel Poeta commendar: ἀναφορικὸς, relatiuus: quo aut aduerſario maledicta, t gratiæ populo referūtur. ὑποθετικὸς, argumentatiuus: bulæ argumentum exponens. μικτὸς, miſtus. omnia hæc ſe continens. Inter Prologum, & Prologium quidā hoc tereſſe voluerūt: quia Prologus eſt vbi Poeta excuſatur, t fabula commendatur. Prologium autem eſt, cum tan de argumento dicitur. Protaſis eſt primus actus fabulæ,

Fabulæ partes Comœdiæ partes.

Palliata, Tabernaria, Togata, Attellana, Prologus Proloquiū.

Protaſis.

quo pars argumẽti explicatur, pars reticetur ad populi expectationem tenendam. Epitaſis, inuolutio argumẽti, cuius elegantia connectitur. Cataſtrophe, explicatio fabulæ, per quã euentus eius approbatur. In pleriſq; fabulis ipſarũ nomina priora ponebãtur, quã Poetarũ: in nõnullis Poetarũ, quã fabularũ, cuius moris diuerſitatẽ antiquitas probat. Nam cùm primum aliqui fabulas ederent, ipſarum nomina pronunciabantur ante, quã Poetę pronunciarentur, ne aliqua inuidia à ſcribendo deterreri poſſent. Cũ autem per editionem multarum Poetę iam eſſet autoritas acquiſita, rurſus priora Poetarum nomina proferebãtur: vt per ipſorum vocabula fabulis attẽtio acquireretur. Actas diuerſis ludis manifeſtũ eſt inſcribi. Nã ludorũ quatuor sũt ſpecies quos Curules Aediles munere publico curãt. Megalenſes magnis dijs cõſecrati, quos Grȩci μεγαλησιες *appellant. Funebres, ad retinendũ populũ inſtituti, dũ pompa funebris decreta in honorẽ patritij viri plene inſtruitur. Plebeij qui pro ſalute plebis edũtur. Apollinares, Apollini conſecrati. In ſcena duæ arę poni ſolebãt, dextrã Liberi ſiniſtra eius dei cui ludi fiebãt: vnde Terent. in Andria ait* Ex ara hac ſume verbenas. *Hinc Vlyſſem palliatũ ſemper inducunt: ſiue quod aliquando inſaniã ſimulauit: quo tempore tectũ ſe eſſe voluit, ne agnitus cogeretur in bellum prodire: ſeu ob ſingularẽ ſapientiã, qua tectus munituſque plurimũ ſocijs profuit. Huius. n. virtutis erat, animi ſemper decipientis ingeniũ. Nonnulli Ithacæ incolas, ſicut Locros palliatos fuiſſe cõmemorãt. Achillis & Neoptolemi perſonæ diademata habent, quãuis regalia ſceptra nunquã tenuerint, cuius argumenti probatio talis inducitur, quod nunquã cũ reliqua Grȩcię iuuentute ad gerenda cũ Troianis bella, ſacramenta coniurationis inierũt, nec vnquam ſub Agamemnonis imperio fuerũt. Comicis ſenſib. candidus veſtitus inducitur, quod is antiquiſſimus fuiſſe memoratur. Adoleſcentibus diſcolor attribuitur. Serui comici amictu exiguo conteguntur, paupertatis antiquæ gratia: vel quo expeditiores agant. Paraſiti cũ intortis pallijs veniunt. Lęto, veſtitus cãdidus: ærumnoſo, obſoletus: purpureus, diuiti: pauperi, phœniceus datur: militi, chlamys purpurea: puellę habitus peregrinus inducitur. Leno pallio varij coloris vtitur: Meretrici ob auaritiam luteũ datur. Syrmata dicta*

Epitaſis

Cataſtrophe

Megalenſes ludi.

Funebres

Plebeij, Apollinares.

Aræ duæ.

Vlyſſes palliatus.

Perſonarum comicarum amictus.

Syrmata Aulæa.

icta ſunt ab eo, quod trahuntur: quę res ab ſcenica lu-ria inſtituta eſt. Eadē in luctuoſis perſonis incuriam ſui r negligentiam ſignificant. Aulęa quoq; in ſcena in ter-ſternuntur, quod pictus ornatus erat ex Attalica regia mã vſq; perlatus. pro quibus ſiparia ætas poſterior acce-t. Eſt autē minutũ velũ, quod populo obſiſtit, dum fabu-rũ actus cõmutantur. Diuerbia hiſtriones pronũciabãt. ntica verò temperabantur modis, non à Poeta ſed à pe-to artis muſicæ factis. Neq; enim omnia iiſdem modis in o cantico agebantur, ſed ſæpe mutatis, vt ſignificant, qui es numeros in Comœdiis ponunt, qui tres continent mu-tos modos cantici illius. Qui huiuſmodi modos faciebãt, men in principio fabulę & ſcriptoris, & actoris ſuper-nebant. Huiuſmodi adeo carmina ad tibias fiebãt, vt his ditis, multi ex populo ante diſcerent, quã fabulã acturi enici eſſent, quàm omnino ſpectatoribus ipſis antecedens ulus pronunciaretur. Agebãtur autē tibiis paribus, aut paribus: & dextris, aut ſiniſtris. Dextrę autē tibię ſua auitate feriã Comœdię dictionem pronunciabant. Sini-ę & ſerranę acuminis leuitate locũ in Comœdia oſten-bant. Vbi autem dextra & ſiniſtra acta fabula inſcribe-atur, miſtim ioci & grauitates denunciabantur. Siparia.

FABVLAE INTERLOCVTORES.

imo, ſenex.	*Birria, ſeruus.*
amphilus, adoleſcens.	*Crito, hoſpes.*
auus, ſeruus.	*Chremes, ſenex.*
romo, lorarius.	*Glycerium, meretrix.*
ſia, libertus.	*Myſis, ancilla.*
harinus, adoleſcens.	*Lesbia, obſtetrix.*

IDIOMATA PERSONA- *rum præcipuarum.*

Simo pius in filium, ſed natura vehementior. Pamphilus us in patrem, ſed fideliter amans, & cordatus, vt adole-ens. Dauus, vafer, ac ſpei pertinacis. Charinus ſimplex, ac ullius conſilii. Birria Dauo diſſimillimus, deſperandi au-r. Crito pauper, ſed ob probitatem impatiens contumeliæ. hremes pius in filiam, alioqui Simonis diſſimillimus, in-nio ſedato & placido, componens omnia. Myſis callida & eræ amans.

RATIO NOMINVM.

Simo dictus eſt à ſpecie. Simi enim fere ſunt iracund. Chremes, παρὰ τὸ χρέμπτεσθαι, quod ſenes tuſſi expurgen pectus. Pamphilus, à fideli amore. Charinus à beneuolentia animi. oſia quod ſeruatus in bello. Dauus à patria. Opinor & Birria, ſicut & Myſis. Nam Myſi quemadmodum Phryges ſeruile genus erat. Glycerium à voluptate. Lesbi à patria. Crito quod controuerſiam dirimat. Dromo curſu.

C. SVLPITII APOLLINARIS

Periocha in Terentij Andriam.

SOROREM falſò creditam meretriculæ,
Genere Andriæ, Glycerium vitiat Pamphilus.
Grauidaque facta, dat fidem vxorem ſibi
Fore hanc, nam pater aliam ei deſponderat,
Gnatam Chremetis: atque vt amorem comperit,
Simulat futuras nuptias cupiens, ſuus
Quid haberet animi filius, cognoſcere.
Daui ſuaſu non repugnat Pamphilus.
Sed ex Glycerio natum vt vidit puerulum
Chremes, recuſat nuptias, generum abdicat.
Mox filiam Glycerium inſperatò agnitam
Dat Pamphilo hanc, aliam Charino coniugem.

AELII DONATI ERVDITISſimi Grammatici Præfatio in Andriam Terentij.

COmœdia Andria, cum palliata ſit, de loco nomen accepit, & à Menandro prius, & nunc ab Terentio: qui c de Chryſide loqueretur, ſic ait: Hei vereor ne quid Andr. apportet mali & hoc commune vocabulum eſt, & in Græca, & in Latina lingua. Hæc maiori ex parte motoria eſ continetque actus amatorum adoleſcentium, & patrum piorum. Sunt ibi callidi ſerui, aſtutæ ancillæ, ſeueri ſene adoleſcentulæ liberales. In hac primæ partes ſenis Simon ſunt, ſecundæ Daui, tertiæ Chremetis, & deinceps rel quorum. Prologus in hac acer inducitur, & in aduerſarios non mediocriter exaſperatur: ſed tamen id ſubtilite vt omnia laceſſitus facere videatur, ac dicere. Hic protaſ ſubtilis, epitaſis tumultuoſa, cataſtrophe penè tragica: & tamē repente ex his turbis in tranquillū peruenit: Hæc pr

m

na acta eſt ludis Megalenſibus, M. Fuluio ædil. & M. Glabrione, Qu. Minutio Valerio Curulibus. Egerunt M. Attius, Latinus Prænestinus, & L. Ambiuius Turpio. Modos fecit Flaccus Claudij filius tibiis paribus, dextris & ſiniſtris, & eſt tota Græca edita M. Marcello & Sulpitio COSS. pronuntiataq; eſt Andria Terētij ob incognitum adhuc nomen Poetæ, & minoris apud populum autoritatis ac meriti. Diuerbiis authenticis lepide diſtincta eſt, & ſucceſſu ſpectata proſpero, hortamento Poetæ fuit ad alias conſcribendas. Initium autē προτατικὸν πρόσωπον, *i. aduentitiam perſonam recepit Soſiæ, propter euoluēdā argumēti obſcuritatem. Perſona autem protatica ea intelligitur, quæ ſemel inducta in principio fabulæ, in nullis deinceps fabulæ partibus adhibetur. Adnotandum ſane puellarum liberalium nullam orationem in proſcenio induci in Comœdia Palliata, præter inuocationem Iunonis Lucinæ: quæ & ipſa quoque poſt ſcenam fieri ſolet.*

ARGVMENTVM EIVSDEM IN eandem.

CHremes Atticus, pater Paſibulæ & Philumenæ, cùm ex his duabus ſe Paſibulam perdidiſſe falſo crederet relictā Athenis, nec viſam poſtea multo tempore, tanquam vnicam ſibi putabat Philumenam: quam Charinus adoleſcens Athenienſis adamabat vnice, & ſibi petebat vxorem. Sed pater eam Pamphilo cuidam Simonis filio vltro deſponderat: qui Pamphilus contra ſororem Chryſidis, ac peregrinam tum creditam, Paſibulam ſupradictam alteram Chremetis filiam ſub nomine Glycerij latenter ſic amauit, vt ex ea filium ſuſcepiſſet inſcio patre, qua re intellecta commotus Simo pater Pamphili, dum per falſas nuptias tentat animum Pamphili, multis dolis à Dauo ipſe deluditur ſeruo, periculoq; Carini, & Pamphili motus error in fabula vſq; ad eum finē ductus eſt, dum Athenas veniens Andrius quidam Crito aperiat, & nodum fabulæ ſoluat: per quem agnita Paſibula recipitur à parentibus, & traditur Pamphilo amanti: Philumena verò Carino deſpondetur, & traditur exoptāti. Perſpecto argumento ſcire debemus hanc eſſe virtutē Poeticam, vt à nouiſſimis argumenti reb. incipiens initium fabulæ, & originem narratiue reddat ſpectatoribus, authoremque præſentem ſibi ex-

hibeat, vbi finis eſt fabulæ. hunc enim ordinem & circu lum poeticæ artis, vel virtutis non modo ſecuti ſunt Tragi ci Comiciq́; autores: ſed Homerus etiam & Vergilius tenue runt. Diuiſionem actuum in Latinis fabulis internoſcer difficile eſt: cauſam iamdudum demonſtrauimus. Vnde au tem, aut quo modo, quamuis ægrè, tamen intelligi diſtin guiq́; poſſint, eſt operæprecium dicere. Principio dicendu eſt, nullam perſonam egreſſam quinquies, vltra exire poſ ſe. Sed illa re plerunque decipimur, quod perſonam quu tacuerit, egreſſam falſo putamus: quæ nihilominus in pro ſcenio tacens loquendi tempus expectat. Eſt igitur atten te animaduertendum. vbi, & quando ſcena vacua ſit a omnibus perſonis: vt in ea chorus, vel tibicen audiri poſ ſit: quod cum viderimus, ibi actum eſſe finitum debem agnoſcere. Confundit ſæpe lectorem id, quod perſona in ſu periori ſcena deſinens, & in proxima incipiens loqui, no intelligitur ingreſſa: quod ipſum experientes ſtatim diiu dicant de rerum ac temporum quantitate: poteſt enim fi ri vt & ſit ingreſſa ac egreſſa, quam praue credimus c proſcenio non receſſiſſe. Poſſe autem quinto egredi perſc nam, non & neceſſe eſſe dicimus: vt appareat vltra exi non poſſe, in Tragœdia & parcius exire & ſolere parit & licere. Primus actus in Andria narrationem Simon apud Soſiam continet argumenti: quod populus hac occa ſione perdiſcit mox querelam apud ſe Daui de domino, & eiusdem cum domino verba: & rurſus eiusdem ſerui de liberationem quid rerum agat. Secundi actus hæc ſun Charini verba primo cum Birria ſeruo, & poſt cum i pſo Pamphilo de nuptiis: Pamphili ſermo cum patre do conſentientis in nuptias: Birriæ verba: Daui callida orati aduerſum ſenem. Tertio actui hæc attribuuntur, Myſid cum obſtetrice colloquium, Dauo, ac Simone audientibus partus Glycerij ſuſpectus ſeni: Daui apud eum, fraudulen ta ſermocinatio: Simonis verba cum Chremete de nuptiis. Daui perturbatio ac Pamphili. Quarum actū per hæc in telligimus, prima Charini verba ſunt indignantis, velut fi dem ſibi non ſeruatā à Pamphilo: tum Myſidis verba apu Pamphilum, eiuſdemq́; queſtus. Daui adminiſtratio do aduerſus Chremetem. In quinto actu Simonis & Chremeti prope iurgium, diſputatio, tū detectio fallaciarum Daui,

tum

n indignatio patris aduerſus filium, tum Critonis in'er-ıtus, & per eum cognitis reb. in tranquillum res acta, :entibus vxores quas concup uerant, Pamphilo & Cha-o. Illud non commouere nos debet, quod in horum a-um diſtinctione videtur de proſcenio non diſceſſiſſe per-æ quædam: ſed tenere debemus, ideo Terentium vicini-is mentionem feciſſe in principio, vt modico receptu & ·ſſe & abeſſe perſonam intelligamus. nihil ergo ſecus ītum eſt ab antiquis, qui ad hunc modum Terentianas ıulas diuiſerunt.

:TA LVDIS MEGALENSIB. M. FVL-IO, ET M. GLABRIONE AEDILIB. VRVLIB. EGERVNT, L. AMBIVIVS VRPIO, L. ATTILIVS PRAENESTI-VS. MODOS FECIT FLACCVS CLAV-I FILIVS TIBIIS PARIBVS DEX-RIS ET SINISTRIS. ET EST TOTA RAECA, EDITA M. MARCELLO, CN. VLPITIO COSS.

POETA cùm primùm animum ad
ſcribendum appulit,
Id ſibi negocij credidit ſolum d
Populo vt placerent, quas fec
fabulas.
Verum aliter euenire multò inte
Nam in prologis ſcribundis o
ram abutitur,
Non qui argumentum narret, ſed qui maleuoli
Veteris poetæ maledictis reſpondeat.
Nunc quam rem vitio dent quæſo animum adu
Menander fecit Andriam, & Perinthiam.
Qui vtramuis rectè norit, ambas nouerit.
Non ita diſſimili ſunt *argumento, ſed tamen
Diſſimili oratione ſunt factæ, ac ſtylo.
Quæ conuenêre, in Andriam ex Perinthia
Fatetur tranſtuliſſe, atque vſum pro ſuis.
Id iſti vituperant factum, atque in eo diſputant,
Contaminari non decere fabulas.
Faciunt næ intelligendo, vt nihil intelligant:
Qui cùm hunc accuſāt, Næuium, Plautum, Enni
Accuſant: quos hic noſter autores habet:
Quorum æmulari exoptat negligentiam
Potius, quàm iſtorum obſcuram diligentiam.
Dehinc vt quieſcant porrò moneo, & deſinant
Maledicere, malefacta ne noſcant ſua.
Fauete, adeſte æquo animo, & rem cognoſcite,
Vt pernoſcatis, & quid ſpei ſit reliquum,
Poſthac quas faciet de integro comœdias,
Spectandæ, an exigendæ ſint vobis prius.

COLA. Aut non eliditur m: aut prologis dixit, vt Græci polypus, & nos opilio.
* Niſi elidas in (argumēto) ſyllabam, non conſtat trimeter, aut niſi legas (diſſimili argumēto ſūt) Eliditur ſ in (iſti)

POeta cùm primum animum ad ſcribendum a pulit.] *Principium factum eſt à commendatione pe ſonæ. quod prudēs, quod honeſtus Terentius, & honore m iore Poetam potius quàm Terentium dixit: vt illum, h ipſo, de quo laborat, nomine ornaret.* Poeta cùm pr mùm

ım.] *Omnis huius prologi intentio hoc agit, vt noue* *etæ veniam paret, & veteri odium: & vt quam maxi-* *modeſtum minimeq́; errantem Terentium probet.* Poe-
:ùm primum animum, &c.] *Iam meritũ Poetæ dedit,* *ꝛtam eundem dicendo, & ab animo eius, quem defendit.*
eta cùm primum animũ ad ſcribẽdum appulit.]
ıſus hic eſt, Propoſuerat quidem Poeta noſter, vt in pro- *is argumẽta narraret, ſed hoc imputat Lucio Lauinio* *ıerſario, qui eum facere nõ permiſit quod propoſuerat,* *ledictis ſuis ad reſpondendum eundem prouocans.* Ap-
lit.] *Appellere propriè dicitur, cum ex pelago aut freto* *is ad littus acceſſerit Verg. Hinc me digreſſũ veſtris deus* *ıulit oris* Appulit.] *in ſecunda lectione Attulit fuit:* *adpulit magis: vt Ter. poſtea ſic: animum ad vxorem ad-* *lit.* Negoti.] *Modo pro moleſtia & cura, nõ labore.* Po-
lo vt placerent.] *Vt ne nõ ſignificat. nec eſt modo con-* *ıctio.* Fabulas.] *Ad feciſſet, retulit fabulas, non ad* *ıceret, & eſt figura ſyllepſis.* Feciſſet.] *Bene feciſſet, non* *ıpſiſſet. Vnde & Poetæ ἀπὸ τοῦ ποιεῖν, id eſt à faciẽdo dicti* *ıt. Sic Verg. Pollio & ipſe facit noua carmina.* Verum
ter.] *Sic Verg. Maior rerum mihi naſcitur ordo. Et ma-* *ı opus moueo. Non enim hoc ſe elegiſſe dicit, ſed quaſi ex* *dine ipſo natum ſibi eſſe.* Intelligit.] *Quod credimus,* *ꝛrunq; falſum: quod intelligimus, certum eſt. Aliter au-* *n, contra ſignificat. Verg. Diis aliter viſum.* Verum ali-
r euenire multo intelligit.] *Adeo nec præparauerat,* *c intenderat quenqam lædere, vt ſpe falſus, laceſſitusque* *c faciat.* Operam abutitur.] *Vtimur fructibus rei,* *ıi ab amantibus ſaluo vſu nobis ſubminiſtratur. Abu-* *nur, quando deperdimus & rem & fructum. Nam vſui* *ager domus: abuſui, vinum, oleum, & cætera huiuſmo-* *. Cicero, Non debet inquit, ea mulier cui vir bonorum* *orum vſum fructum legauit, cellis vinariis & olearijs* *enis relictis, putare id ad ſe pertinere, vſus enim, non ab-* *ſus legatus eſt: ea inter ſe ſunt contraria. Hæc in Topicis.*
rgumentum narret.] *Quod vere prologi eſt officium.*
ui, *pro vt. ergo non eſt modo pronomen* Sed qui male-
oli veteris poetæ.] *Primùm à natura,* maleuoli: *dein-* *à tempore, vel ab inuidia.* veteris: *à ſigno æmulationis* *etæ. Vetus plerunq; refertur ad laudem: interdum ad vi-*

tupera-

ſuperationem, vt hic: & alibi, vetus, veternoſus, ſenex. V teris.] *Pro carioſi, & quaſi rancidi poſuit, atq; ideo ma uoli, non criminibus, ſed maledictis. Quid autem inter m ledictum & crimen interſit, docet Cic in Tuſcul.* Veteri *Ratio inuidiæ.* Poetæ.] *Cauſa inſectationis.* Maledicti *Criminatio aduerſarij.* Veteris poetæ.] *Quia ſenex L cius edebat fabulas, adoleſcentulo tunc Terentio. Et e ganter, maleuoli veteris maledictis: commendatio Poeta perſona aduerſarij.* Reſpondeat.] *Excuſatio reſponden quod non obſiſtat, ſed reſpodeat.* Nunc quã rem.] *Qua qualem.* Vitio dent.] *Vituperent, culpent. Vituperare mala vitio dare, & etiam bona.* Nunc quam rem vit dent.] *Vtrum, nunc animaduertite: an, nunc vitio dent? oratorie, quaſi multos facit, cum vnum ſupra dixerit. Verg. Deſiſte manum committere Teucris.* Nunc qua rem vitio.] *Propoſitio eſt.* Aduertite.] *Legitur & attẽ te: vnde manifeſtum eſt, & aduertite & attendite non e plenum, niſi addideris animũ.* Menãder fecit Andriam *Narratio eſt. & proprie fecit: ſcribit enim Terentius q verba adhibet tantum: facit Menander, qui etiam arg mentum componit: ſed ſæpe ad laudem Terentij, Facit, pro quod eſt, Tranſtulit.* Vtramuis.] *prima ſcena Perinthi pene iiſdem verbis quibus Andria ſcripta eſt: cætera diſ milia ſunt, exceptis duobus locis, altero ad verſus xi. alte ad verſus xx. qui in vtraque fabula poſiti ſunt. Qui no vnam, ambas nouerit. Omnem rem vno verſu nouerit.* V tramuis.] *Deeſt, harum.* Non ita diſſimili.] *Ordo, i non ſunt. Ergo ita ſubdiſtinguẽdum.* Sed tamen.] *Diſcr tio eſt à ſuperioribus, & ἀνακόλουθον. Non enim ſupra p ſuit Quidem.* Non ita diſſimili ſunt oratione.] *Ita p valde, & caute. potuit enim dici: Quomodo ergo ſunt du diſſimili oratione?* Ita:] *ne Menandrum culpare videatu ita adiunxit, quod laudis eſt.* Oratione ac ſtylo.] *Orati in ſenſu eſt: ſtilus in verbis. Oratio ad res refertur, ſtilus a verba. Stilus non eſt in tempore, ſed prolata oratione. ora tio autem, eſt & in cogitatione, & in prolatu. Orationem in ſententiis dicunt eſſe, ſtilum in verbis, argumentum i rebus. Ergo in poemate oratio eſt.* Quæ cõuenere, in An driam.] *Apparet non de induſtria, ſed caſu eſſe translata ea quæ ex Perinthia in Andriam eodem ſenſu, iiſdemq; ue*

verbis

is perſcripta fuerunt. Quæ conuenere in Andriam. *m ergo, non duas tranſtulit.* Quæ conuenere in [A]ndriam.] *Quæ apta & commoda fuerunt, in Andriam* *nam, non Græcam, fatetur tranſtuliſſe? Sed quare ſe* *at Terentius, cùm poſſit videri de vna tranſtuliſſe? Sic* *itur, Quia conſcius ſibi eſt primam ſcenam de Perin-* *eſſe translatam, vbi ſenex ita cum vxore loquitur, vt* *l Terentium eſt cum liberto. at in Andria Menandri,* *ſenex eſt.* Id iſti vituperant factum.] *Iſti ad repre-* *ionem ſumitur perſonæ. interdum rei reprehenſionem* *ficat. vt, Verg. Quid petis iſtis?* Vituperant.] *Vitium* *arant.* Diſputant.] *Immorantur, calumniantur, ar-* *entantur.* Contaminari.] *Propriè contaminare, eſt* *ibus luto plenis aliquid attingere. & cõtaminare, at-* *ere eſt, & polluere, Verg. Linquere pollutum hoſpitiũ,* *t, contaminatum.* Contaminari.] *Tangi & relinqui* *ta manu: ac per hoc voluit fœdari aut maculari: vt i-* *it, Ne hoc gaudium contaminet vita ægritudine ali-* . Contaminari non decere.] *Id eſt, ex multis vnã* *decere facere.* Faciunt næ.] *Næ quidam corripiunt,* *um interrogatione pronunciant: quidam producunt.* *rum alij, ne pro nec accipiunt: id eſt, non. alij næ pro* *le: vt, Næ ego ſum infelix. & Cic. Næ illi vehementer* *nt. Et hoc melius: nam ſtatim infert, Qui hunc accu-* *, Næuium, Plautum, Ennium accuſant. In ſingulis* *na emphaſis autoritatis: ſed ordo non eſt ſeruatus.* *ius nãq; ante Plautum fuit, ſed quod eſt ſummæ au-* *atis, Ennium vltimum dixit.* Næ.] *Nimis, multum,* *imum.* Qui cum hunc.] *Terentium, inquit, ſpecia-* *accuſantes, neſciunt ſe bonis omnibus maledicere,* *s ille imitatur & argumentum eſt ab exemplo & au-* *ate.* Dehinc vt quieſcant.] *Rectè, nam quieſcere il-* *citur, qui eſt inſolens & inquietus.* Porro.] *Porro,* *iturum dixit.* Moneo.] *Terribiliter* dixit. *Cic. Mo-* *prædico, ante denuncio. Liberatus culpa etiam tenet,* *etiam criminaturus aduerſarios.* Noſcant.] *Melius* *m ſi dixiſſet, audiant.* Fauete.] *Iam ad auditores* *ertitur, à quibus fauorem captat. Fauete dixit: quaſi* *t, Hoc aduerſarij faciunt: Vos autem, quod in vobis eſt,* *te. Vos ergo fauorem facite. Et, Adeſte, non vt abſen-*

tibus dicit, quippe qui corporibus præſto erant: ſed, i tenti eſtote, fauete, ſilete. ſic & Pontifices dicunt, faue linguis, fauete verbis. vnde Vergil. Ore fauete omni Adeſte.] *animis ſcilicet, auxilium præbete: vt aduocat reo dicitur adeſſe.* Aequo animo.] *Ab honeſto* Et re cognoſcite.] *A iuſto.* Cognoſcite.] *Pernoſcite. Sic a xit, Cognoſcite vt pernoſcatis: quemadmodum in Hecyr Orator ad vos venio ornatu prologi: ſinite exorator ſin* Vt pernoſcatis.] *Ab vtili* Reliquum.] *Sunt qui p reliquorum accipiant: vt ſit ſenſus, De hac fabula ſumi ſpecimen, vt ſciatis an cæteræ vobis ſpectandæ ſint. Na poſtmodum dictum alio prologo, alias cognoſtis eius: qua ſo hanc noſcite.* Reliquum.] *Quaſi diceret, Poſtremun ergo aduerbium eſt, id eſt, τὸ λοιπόν. Sed ſiue hoc rel quum dicit, ſiue reliquum pro relliquorum geminato ſcribitur.* De integro.] *Virum denuo, an ex integr Græcis?* Quas faciet comœdias.] *Syllepſis, vt ſupra, a verbum enim Faciet declinauit, non ad Spectandæ ſin* Spectandæ.] *Propriè, vt fabulæ, id eſt, probandæ.* Exigendæ.] *excludendæ.*

ACTVS

ACTVS PRIMI
SCENA PRIMA.

SIMO, *ſenex*. SOSIA, *ſeruus*.

VOs iſtæc intrò auferte: abite. Soſia
Adeſdum: paucis te volo. So. dictum puta:
Nempe vt curentur rectè hæc. Si. imò aliud. So. quid eſt,
d tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius?
Nihil iſtac opus eſt arte ad hanc rem quā paro:
is, quas ſemper in te intellexi ſitas,
& taciturnitate. So. expecto, quid velis.
go poſtquam te emi à paruulo, ut ſemper tibi
d me iuſta, & clemens fuerit ſeruitus,
feci è ſeruo vt eſſes libertus mihi,
terea quod ſeruiebas liberaliter.
d habui ſummum pretium perſolui tibi.
n memoria habeo. Si. haud muto factum. So. gaudeo
id tibi feci, aut facio quod placet Simo: &
atum fuiſſe aduerſum te, habeo gratiam.
nihi hoc moleſtū eſt: nam iſtæc cōmemoratio
ſi exprobratio eſt immemoris benefici.
tu vno verbo dic quid eſt, quod me velis.
ta faciam. hoc primum in hac re prædico tibi,
s credis eſſe has, non ſunt veræ nuptiæ.
Cur ſimulas igitur? Si. rem omnem à principio
dies,
acto, & gnati vitam, & conſilium meum
noſces, & quid facere † in hac re te velim.
is poſtquam exceſſit ex ephebis Soſia,
rius † viuendi fuit poteſtas. nam antea
ſcire poſſes, aut ingenium noſcere:
ætas, metus, magiſter prohibebant? So. ita eſt.
Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli,
nimū ad aliquod ſtudium adiungāt, aut equos
e, aut canes ad venandum, aut ad philoſophos:

Horum

† al. te hac in re.

† Niſi elidas u in (viuendi) carmen non conſtat, & (fuit) monoſyllabum eſt.

Horum ille nihil egregiè, præter cætera,
Studebat: & tamen omnia hæc mediocriter.
Gaudebam. So. non iniuria: nam id arbitror
Apprime in vita eſſe vtile, vt NE QVID NIMIS
SI. Sic vita erat: facilè omnes perferre ac pati,
Cum quibus erat cumque vna: his ſeſe dedere,
Eorum obſequi ſtudiis: aduerſus nemini:
Nunquam præponens ſe illis: ita, vt facillimè
Sine † inuidia laudem inuenias, & amicos pares.
So. Sapienter vitam inſtituit. namq; hoc tempo
OBSEQVIVM AMICOS, VERITAS ODIVM P
SI. Interea mulier quædam ab hinc triênium (R I
Ex Andro commigrauit † huc viciniæ,
Inopia, & cognatorum negligentia
Coacta, egregia forma, atque ætate integra.
So. Hei vereor ne quid Andria apportet mali.
SI. Primum hæc, pudicè vitam, parcè, ac duriter
Agebat, lana ac tela victum quæritans.
Sed poſtquam amans acceſſit precium pollicens
Vnus, & item alter (ita vt ingenium eſt omnium
Hominum à labore procliue ad libidinem)
Accepit conditionem: dein quæſtum occipit.
Qui tum illam amabant, fortè, ita vt fit, filium
Perduxêre illuc ſecum, vt vnà eſſet, meum.
Egomet continuò mecum: Certè captus eſt:
Habet. obſeruabam mane illorum ſeruulos
Venienteis aut abeunteis. rogitabam, Heus puе
Dic ſodes: quis heri Chryſidem habuit? nam And
Illi id erat nomen. So. teneo. SI. Phædrum aut C
niam
Dicebant, aut Niceratum. nam hi tres tum ſimul
Amabant. Eho quid Pamphilus? Quid? ſymbolu
Dedit: cœnauit. gaudebam. Item alio die
Quærebam: comperiebam nihil ad Pamphilum
Quicquam attinere. enimuerò ſpectatum ſatis
Putabam, & magnum exemplum continentiæ.
Nam qui cum ingeniis conflictatur † eiuſmodi,
Neque commouetur animus in ea re tamen,
Scias poſſe habere iam ipſum ſuæ vitæ modum.
Cùm id mihi placebat, tum vno ore omnes omnia
Bor

† Eliditur u conſonãs in (Inuidia) & niſi ſit proceleumaticus, in (dia) fit ſynæreſis.

† al. huic.

† Eiuſmodi triſyllabum eſt.

ſona dicere, & laudare fortunas meas,
Qui gnatum haberem tali ingenio præditum.
Quid verbis opus eſt? hac fama impulſus Chremes,
Vltro ad me venit, vnicam gnatam ſuam
Cum dote ſumma filio vxorem vt daret.
Placuit: deſpondi. hic nuptiis dictus eſt dies.
So. Quid † obſtat, cur non veræ fiant? Si. audies. † aliàs, Quid igitur obſtat, ſed tũ (veræ) expungendum.
Ferè in diebus paucis, quibus hæc acta ſunt,
Chryſis vicina hæc moritur. So. ô factum bene,
Beaſti: metui à Chryſide. Si. ibi tum filius
Cum illis, qui amabant Chryſidem, vna aderat frequens,
Curabat vnà funus, triſtis interim:
Nonnunquã conlachrumabat. placuit tum id mihi.
Sic cogitabam: Hic paruæ conſuetudinis
Cauſa, mortem huius fert tam familiariter:
Quid ſi ipſe amaſſet? quid mihi hic faciet patri?
Hæc ego putabam eſſe omnia humani ingenii,
Manſuetique animi officia. quid multis moror?
Egomet quoque eius cauſa in funus prodeo,
Nihil ſuſpicãs etiã mali. So. hem, quid eſt? Si. ſcies.
Effertur: imus. Interea inter mulieres,
Quæ ibi aderant, forte vnam aſpicio adoleſcentulã,
Forma. So. bona fortaſſe. Si. & voltu Soſia
Adeò modeſto, adeò venuſto, vt nil ſuprà.
Quæ tum mihi lamentari præter cæteras
Viſa eſt: & quia erat forma præter cæteras
Honeſta, & liberali, accedo ad pediſſequas:
Quæ ſit, rogo: ſororem eſſe aiunt Chryſidis:
Perculſit † ilico animum: at at, hoc illud eſt: † Donatus percuſſit.
Hinc illæ lachrumæ: hæc illa eſt miſericordia.
So. Quam timeo quorſum euadas. Si. funus interim
Procedit, ſequimur: ad ſepulchrum venimus:
In ignem poſita eſt: fletur. Interea hæc ſoror,
Quam dixi, ad flammam acceſſit imprudentius
Satis cum periculo: ibi tum exanimatus Pamphilus
Bene diſſimulatum amorem, & celatum indicat.
Adcurrit, mediam mulierem complectitur
Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditũ?

Tum illa, vt conſuetum facile amorem cerneres,
Reiecit ſe in eum flens, quàm familiariter.
So. Quid agis? Si. redeo inde iratus, atque æg
ferens.
Nec ſatis ad obiurgandum cauſæ. diceret:
Quid feci? quid commerui, aut peccaui pater?
Quæ ſeſe voluit in ignem iniicere, prohibui,
Seruaui. honeſta oratio eſt. So. rectè putas.
Nam ſi illum obiurges, vitæ qui auxilium tulit,
Quid facias illi, qui dederit damnum aut malum?
Si. Venit Chremes poſtridie ad me, clamitans,
Indignum facinus, comperiſſe Pamphilum
† Eliditur l in(illud) aut verius non conſtat. Pro vxore habere hanc peregrinā. ego † illud ſedu
Negare factum: ille inſtat factum. denique
Ita tum diſcedo ab illo, vt qui ſe filiam
Negat daturum. So. non tu ibi gnatum? Si. ne h
quidem (c
Satis vehemens cauſa ad obiurgandum. So. qui
Si. Tute ipſe his rebus finem præſcripſiſti pater:
Propè adeſt, quum alieno more viuendū eſt mih
Sine nunc meo me viuere interea modo.
So. Quis igitur relictus eſt obiurgandi locus?
† al. nolet. Si. Si propter amorem vxorem † nolit ducere,
Ea primum ab illo animaduertenda iniuria eſt.
Et nunc id operam do, vt per falſas nuptias
Vera obiurgandi cauſa ſit, ſi deneget:
Simul ſceleratus Dauus ſiquid conſilii
Habet, vt conſumat nunc, quum nihil obſint do
Quē ego credo manibus pedibusq; obnixè om
Facturum, magis id adeò, mihi vt incommodet,
Quam vt obſequatur gnato. So. quapropter?
rogas?
Mala mens, malus animus. quem quidem eg
ſenſero.
† opuſt. Sed quid † opus eſt verbis? Sin eueniat (quod vc
In Pamphilo vt nihil ſit moræ: reſtat Chremes,
† Aliàs, Cui in hi expurgandus eſt. Qui mihi † exorandus eſt. & ſpero confore.
Nunc tuum eſt officium, has bene vt adſimules
ptias:
Perterrefacias Dauum: obſerues filiū,

Q

uid agât, quid cum illo conſilii captet. So. ſat eſt.
urabo. eamus iam nunc intro. Si. I præ, ſequar.

VOs iſtæc intro auferte.] *In hac ſcena hæc virtus*
eſt, vt argumenti narratione actio ſcenica videatur,
ſine faſtidio longus ſermo ſit, ac ſenilis oratio. Vos
æc.] *Hæc ſcena pro argumenti narratione proponitur,*
qua fundamenta fabulæ iaciuntur. vt virtute Poetæ,
e officio prologi, vel θεῶν ἀπὸ μηχανῆς, & periocham co-
ediæ populus teneat, & res agi magis quàm narrari vi-
tur. Vos iſtæc intro auferte: abite.] *Molliter re-*
iturus, & experturus Soſiam imperat vt remaneat.
dit etiam cauſam aliis abeundi dicendo: Iſtæc intro au-
te: ne ſuſpicionem iniiciat, Soſiam communicandi ſecre-
auſa remanſiſſe. Et bene, auferte. Auferimus enim ea,
æ cum faſtidio cernimus. Ferimus ea quæ cum honore
ctamus. Deinde quaſi reſpicientes increpat dicendo,
ite.] *Abite concitatius legendum eſt: quia & reſpe-*
ntes properanter diſcernit à Soſia. Soſiæ perſona prota-
eſt, non enim vſque ad finem perſeuerat: vt eſt Daui
Phormione, in Hecyra Philotidis & Syræ. Adeſdum.]
les imperatiuū eſt, dum παρέλκον: eſt enim productio,
adiectio ſyllabæ: vt Ehodum ad me. Paucis te volo.]
eſt colloqui: & verbis. & eſt figura eclipſis. Dictum
ta.] *Ad hoc reſpondet, vt agi res videatur, quemadmo-*
m ſuprà diximus. Vt curentur rectè hæc.] *Diligen-*
coquantur. Curatio propriè medicorum eſt: cura reli-
rum. ſed coquina, medicinæ familiatrix eſt. Hæc.]
κοινῶς. Nempe vt curentur.] *Deeſt vis: vt ſit, nempè*
Imò aliud.] *Bene ἀντέθηκεν τὸ vno, & deeſt volo.*
a ars.] *Ars ἀπὸ τῆς ἀρετῆς dicta per Syncopen. ἀρετὴ*
em virtus eſt. Virtutis verò quatuor generales ſunt
tes, Prudentia, Iuſtitia, Fortitudo, & Temperantia: ſed
dentia, in multis rebus deſcendit. Efficere.] *Facere,*
in opere eſſe, ſed efficere, perfectionem deſignat. Nihil
c opus eſt arte.] *Mirè ait, arte opus non eſt, ſed opus*
artibus. Sed his quas ſemper in te intellexi ſitas.]
hic ſignificantiſſimè oſtendit multas, variaſque artes
id eſt, ἀρετὰς, quæ virtutes intelliguntur. Sed his.]
gma à ſuperiore, quod ſubauditur artib. Sitas.] *Com*

ſtitutas, poſitas. Fide & taciturnitate] *Fides, eſt co mendatorum fida executio, vel obſeruantia. Taciturni vero, obſeruantiæ genus in ſilentio conſtituta, & in cela do ſecreta. Quærit autem taciturnitatem, ne prodat Pa philo ſecretum quod ei cõmendaturus eſt. Fidem, ad co plenda, taciturnitatem, ad celanda mandata.* Expecto *Expecto, deſydero: vt Vergil. Expectate venis.* Quid v lis.] *Deeſt ſcire. nam ſi dixiſſet, quod velis, nihil deſider ſet.* Ego poſtquam.] *Commendatio perſonæ potius qu ſerui: ne contra filium leui ſeruo aliquid committi in corè videatur.* Te emi à paruulo.] *Tale eſt, Paruul. ego te Iugurtha, apud Sall.* A paruulo.] *Non enin paruo, ſed à paruulo.* Scis.] *hoc eſt, à paruulo ſcis.* Se per.] *Continuationem ſignificat ſemper.* Iuſta & c mens.] *Ita dixit iuſta: vt alibi, Non neceſſe habeo om pro meo iure agere. Quid enim non iuſtum domino in num?* Iuſta.] *In qua nihil iniquũ iubetur.* Clemen *in qua etiam de iuſto multum remittitur.* Apud me ſta.] *Id eſt, moderata, æqualis. cui contrarium ait Ver Et iniquo pondere raſtri. Et, iniuſto ſub faſce viam a Carpit. Nam qui iuſtam, debitam, nunc dici putant, n afferunt ad iuuandam ſententiam.* Iuſta & clemẽs f rit ſeruitus.] *Libertatem imputaturus, clementem in lit ſeruitutem.* Seruitus.] *Mirè ſeruitutem pro dom tu poſuit. Sic Sall. Dein ſeruili imperio P.C.* Feci è ſe vt eſſes libertus mihi.] *Dulcem libertatem fecit opp tione & tractatione verborum, dicẽdo ex ſeruo libert. non enim tantam haberet gratiam, ſi dixiſſet, feci libe vt eſſes, quàm ſi dicat, feci è ſeruo, vt eſſes libertus: quis dicat, feci vt eſſes ſanus, non tantam haberet grati. quàm ſi dicat, feci vt ex ægro ſanus eſſes. Et mihi emp ſin habet: quòd mihi libertus factus ſis, non filio, aut mihi additum eſt: quia libertus ad aliquem dicitur. bene mihi: ne pertimeſceret filium, cui nec liberti mu debeat.* E ſeruo.] *Mirè addit è ſeruo, vt vim bene exprimeret. Scis, feci è ſeruo, vt eſſes libertus mihi. E Vergil. Nympha decus fluuiorum animo gratiſſima ſtro, Scis vt te cunctis vnam, quæcunque Latinæ Mag nimi Iouis ingratum aſcendère cubile, Prætulerim cæ libens in parte locarim.* Liberaliter.] *Bene: quia on*

boni

ũ libero aptũ eſt, malũ ſeruo. Idẽ alibi, Factum à vobis
riter, immiſericorditérq; : atq; etiã ſi eſt, pater dedum
gis aperte, illiberaliter. Et bene admonuit cum dederis
eficiũ, eadẽ & nũc officia quæſituris. Nũc.n. dicit artifi-
ẽ, quia ſupra ait: Nihil iſthac opus eſt arte. Seruiebas.]
te imperfecto tẽpore, nõ perfecto, vſus eſt, vt oſtendat eũ
uiſſe ſibi etiam atq; etiã ſeruire, quale eſt illud Vergilij,
q; omnes pelagiq; minas, cœliq; ferebat Inualidus: vt o-
lat eũ quãuis inualidus eſſet, tamẽ adhuc potuiſſe labo-
n exercitiũque ferre. Summum precium.] Libertatẽ
it. Perſolui tibi.] Quia pretium dixerat, perſolui dixit
prie. Perſolui tibi.] Modeſte pretiũ redditũ dixit, non
eficiũ erogatũ. In memoria habeo.] Hoc eſt, non ſum
ratus. Plus dixit, In memoria habeo, quàm ſi dixiſ-
ſcio. Nam quæ ſcimus poſſumus obliuiſci: quæ verò
moriæ cõmendamus, nũquam amittimus. Haud muto
tũ.] Vetuſte: non me pœnitet, nã ſi quid pœniteret, infe-
velle dicebãt. Legitur muto: an ſecundũ ius quod ad-
ſus libertos ingratos eſt, vt in ſeruitutem reuocentur:
hoc non conuenit ſenẽ dicere. Legitur, & multo: hoc eſt
mno, reprehendo, quod ſi ſic eſt, ſic intelligetur, non nollẽ
tũ. Nemo enim poteſt factũ, infectum reddere. Sed ad-
rabiliter dixit, vt dicimus nollẽ factum, nollẽ hunc exi-
Ergo, haud muto factum, non pœnitet me facti. Si tibi
id feci, aut facio.] Et feciſſe ſe, & adhuc facere oſten-
, quamuis eũ manumiſiſſet. Gaudeo, ſi tibi quid feci,
t facio quod placet.] Felicitatis eſt, vt ea quæ facta,
facienda ſunt, grata ſint. Quid, pro aliquid. Aduerſum
] Apud te & penes te. Aduerſum.] Sine dubio præpo-
o eſt. Aduerſus participium poteſt eſſe, ab eo quod eſt ad-
rto, ſed alibi, Ergo aduerſum te, dixit pro apud te. Ex-
obratio.] Exprobratio, eſt commemoratio beneficij cum
umeratione factorum. Quaſi exprobratio.] Recte o-
ndit ſe in memoria habere. Sunt qui ad beneficium re-
ũt immemor: vt memorem Iunonis ob irã: vt ſit ſenſus:
æc commemoratio, quaſi eſt exprobratio immemoris be-
ficij, id eſt, cuius nemo meminerit. Quin tu vno ver-
o.] Vno verbo ἀξιώματι, vna ſentẽtia. Nã ἀξίωμα, ſentẽ-
eſt vel enũciatio, vno verbo nexã cõtinẽs & perfectam
telligentiam, ἀξίωμα enim conſtat ex nomine & verbo.

Sed, dic quod eſt, ἀξίωμα, hoc eſt, Has bene vt adſimules nuptias, ergo omnis virtus adſimulatio eſt. Quin tu vno verbo.] *vna ſententia: vt in Adelph. Non meũ illud verbũ verũ facio, quod tu Mitio bene ac ſapienter dixti, dudũ: vitiũ com nunc omniũ eſt, Quod nimi in ad rẽ in ſenecta attenti ſumus: Nam male intelligit qui putat adſimules, verbũ ſignificare.* Ita faciã.] *Hoc eſt, vno verbo dicã, & quo verbũ promittit, ibi dicit, Nunc tuũ officiũ eſt, has bene vt adſimules nuptias.* Quas credis eſſe has.] *Syllepſis.* Cum ſimulas igitur.] *Verg. Et quæ tãta fuit Romam tibi cauſa videndi.* Eo pacto.] *Pacto, modo: quoniã antecedit pactũ modus ſequitur. Ergo ab eo quod præcedit, id quod ſequitur dicit.* Et gnati vitam, & cõſilium meũ cognoſces & quid facere in hac re te velim.] *Nam iſtæ diuiſione ſunt. Gnati vitã: quoniã dicturus eſt, Nã is poſtquã exceſſit ex Ephebis Soſia. Conſiliũ meum: quia dicturus eſt, Et nũ id operã do. Et quid facere in hac re te velim, quia dicturu eſt, Nunc tuũ eſt officiũ.* Et Gnati vitã, & conſiliũ mei cognoſces, & quid facere in hac re te velim.] *Tripartita diſtributio.* Et gnati vitã.] *Vitã filij in duas partes diuidit in narratione: in ante actã bonã, & præſentẽ malam & incipit mala ibi, Interea mulier quædam. Et bene actæ vitæ narratio ad eã rem valet, vt oſtendat quã iuſtus dolor patri ſit ſpe decepto.* Nã is.] *Neceſſario is poſitũ pronomen ἀναφορὰ ad illud, Gnati vitã, nam ſi non poſuiſſet hoc pronomẽ, Soſia erat intellidendus.* Nã is.] *Pãphilus.* Poſtquã exceſſit ex ephebis.] *Argumenta per coniecturas.* Ex Ephebis.] *Ephebia prima pars adoleſcẽtiæ, & extrema pueritiæ.* Exceſſit ex.] *Cum ſufficeret vnũ.* Liberius.] *Liberius non eſt comparatiuus gradus: non enim potuit libere viuere, dum ætas, metus, magiſter prohibebant. Ergo deeſt aliquanto: vt ſit aliquanto liberius.* Liberius viuendi.] *Deeſt ei.* Qui ſcire.] *Scimus quod certũ eſt, Noſcimus quæ adhuc incerta deſideramus. Idẽ alibi. Forma in tenebris noſci non quita eſt.* Metus, magiſter.] *Magiſter, pædagogus.* Ita eſt. *Interdicit Poeta, ne ſolus Simo loqueretur. cæterũ non erat reſpondendi locus.* Quod pleriq; omnes. *Hæc adiectio dicitur, in primo poſita loco, adiectiones vero, aut in prima parte orationis, aut in vltima adijciuntur. hic ergo plerique ex abundantia poſitum eſt: Omnes vero, neceſ-*

ſario

:rio additum eſt. Et alibi, Caleſces plus ſatis. In vltimo :ut, interea loci interibis. Attēdēda eſt ſane locutio, Quod 'eriq; omnes. Aut enim Quod in Quæ vertendū eſt, vt ſit,)uæ pleriq; omnes. Aut quod ad ſingula eorum ſtudiorū adiungendum erit, E quos alere, canes ad venandum. Aut arte erit figurata locutio, vt eſt illud, Si quiſquam eſt qui udeat placere bonis quāplurimis, & minime multos læere: in his Poeta hic nomen profitetur ſuū. & alibi, Apeire actutū hoſtiū. Pleriq; omnes faciunt.] ἀρχαισμός 'ſt: Nā errāt qui pleriq; παρέλκον intelligūt, aut qui ſub-iſtinguunt Pleriq;, & ſic inferūt omnes, hoc.n. pro vna arte orationis dixere veteres, eodē modo Græci παμπόλλα & Latini plus ſatis. Næuius in bello Punico, Pleriq; omnes ubiungūt ſub ſuū iudiciū. Figurate Terentius, Quod ple-iq; omnes faciunt, pro, quæ faciunt pleriq; adoleſcentuli. Iorū ille nihil egregie.] Eſt ergo figuratiuū: quod eſſet ectū, Quæ pleriq; omnes faciunt adoleſcentuli, horum ille iihil egregie præter cætera ſtudebat. Adoleſcētuli.] Bene liminutiue, vt propter ætatē facile ignoſcatur. Adiūgāt.] Alligent, aptent, aut accommodent. Aut equos alere, aut :anes ad venandū. Si & equos ad venandū alūt, quomodo & canes: quod multi docti improbāt: & dicūt ſeparata eſſe & ad venādū extra rationē, pro ad venatū, vt Venatū AEneas, vnaq; miſerrima Dido. Ad Philoſophos.] Eclipſis pulchra & familiaris Terentio. Nā poſſumus ſubaudire audiēdos, ſiue ſectandos. Ad Philoſophos.] Vitiū eſt: quia dixit, ad aliquod ſtudiū, aut ſi ad Philoſophos: ſeparāda locutio eſt, ſic vt animū adiungant ad Philoſophos. Egregie.] Egregiū dicitur quod ex grege eligitur: ſed hic egregie, valde, nimis, nō eſt ergo ad laudem poſitū. Hæc inquit, vt cætera ſimiliter ſtudebat. Præter cætera,] Mediocriter. ergo nō extenuauit rē, ſed ad laudē retulit. Gaudebā.] Nō dixit laudabā ſed gaudebā. Laudat.n. etiam alienus, gaudet qui pater eſt. Non iniuria:] Intepeſtiue Soſia reſpondet: ſed prudentia tantæ ſententiæ, cōpenſauit importunitatē. Apprime.] Adiectio eſt confirmationis. Vt.] Admirabiliter dixit. Vt ne quid nimis.] Sententia nō incongrua ſeruo, quia eſt peruulgata. & non refertur ad perſonā domini dicentis, & de quo dicitur, an magis quia Soſiæ conuenit eiuſmodi character in verbis? Ne quid nimis.]

Deeſt agas: vt ſit, ne quid nimis agas. Facile omnes perferre.] *Latens argumentatio eſt, qua filiũ ad meretricẽ cõmeaſſe, errans pater non ad corruptelã, ſed ad obſequiũ amicorum crediderit.* Perferre, ac pati.] *Ferre eſt cũ certo tẽpore: perferre, finẽ expectat affectus. Feruntur onera, & ſuſtinentur ſupplicia.* Perferre.] *Mediocriter ſtultos odioſosq;.* Cũ quib. erat cũq;.] *Figura τμῆσις.* Dedere.] *Plus eſt dedere, quã conſentire queadmodũ in hoſtiũ poteſtatẽ hoſtes ſe dedunt Dedere ergo pertinacibus.* Eorũ obſequi ſtudijs.] *Cõmodiorum ſcilicet. Eorũ obſequi ſtudijs. Talẽ eſſe Pamphilũ adiuuat argumentũ fabulæ, ſimul & Charinum* His ſeſe dedere.] *Dedere ſe & obſequi ſuperioribus: non aduerſari paribus: non ſe præponere inferiorib.* Ita.] *Deeſt faciens, volens, agens.* Vt facillime ſine inuidia.] *Salluſt. Et cum omnes gloria anteiret, omnibus tamẽ charus eſſet* Inuenias.] *Secũda perſona pro tertia: vt, Migrantis cernas.* Sapienter vitã inſtituit. nã hoc tẽpore obſequiũ amicos, veritas odium parit.] *Improbatur à ſapientibus hæc ſententia. Nã obſequium, aßentator debet, veritatẽ amicus: ſed in theatro dicitur, nõ in ſchola* Obſequiũ amicos.] *Hic verſus per improperiũ eſt. Veritas odiũ parit. Falſum autẽ eſt quod Cicero dixit, obſequiũ primũ dixiſſe Terẽtium: cum & Plautus & Neuius ante dixerint, & eſt ſententia παράδοξος, & magis theatro apta quam officio, de qua Tullius multa dixit.* Obſequiũ amicos.] *Sententia probabilis magis, quam neceſſaria & honeſta.* Interea.] *Interea, eſt cum habet inſtãtiam ſuperiorũ actorum.* Mulier quædã.] *Sic dixit quaſi ignoraret nomẽ eius, paulo poſt Chryſidem nominaturus: ſed ideo vt gratã expectationem faciat, ſimulque lectorẽ auidũ nominis reddat. Vt Verg. paulo poſt nominaturus, ait, Ecce manus iuuenẽ interea poſt terga reuinctũ.* Interea mulier.] *Hic digreſſio eſt, nã propoſuit gnati vitã dicere.* Ab hinc triennũ.] *Artificioſe dixit trienniũ, cũ poſſit plus minúſue tẽporis ponere: vt ſit veriſimile, vnũ annũ fuiſſe pudicæ, parcæq; vitæ: ſequentẽ, conditionis acceptæ: tertiũ, mortis. Primo ergo anno ignorata eſt domus Chryſidis Pãphilo: ſecũdo Glycerio cõgnitus: tertio nupſit Glyceriũ Pãphilo, & pariter inuenit parẽtes.* Huc viciniæ.] *Viciniæ παρέλκον huc loci, vel huc locorũ, legitur & huic viciniæ.* Inopia, & co-

gnatorum

orũ negligẽtia.] *Laudatis Pãphili morib. qui mox :vxorẽ, ſupereſt vt futuræ quoq; matronæ, id eſt, Gly- probitatẽ debitã pro perſona reddat. quæ quia hone- ĩquã eſſe poterit, ſi ſic eã conſtet ante nuptias impudi- luctam eſſe, partim defendenda, partim laudanda eſt ſis, cum qua commorata eſt. quam quoniam neceſſe eſt tricem fateri, in conditione turpiſſimi nominis muliũ tur excuſatio voluntatis.* Et cognatorũ.] *Hic nos iã tad Critonis aduentũ.* Egregia.] *Id eſt, eminenti, pra- tq;.* Atq; ætate integra.] *Integra eſt ætas quæ in flo- ſiſtit, cui neq; addendũ iam ſit, neq; quicquã adhuc ſit inũtum, vt Verg. Integer æui Aſcanius. Et cõtulit duo uæſtũ meretriciũ congrua.* Hei vereor ne quid An- apportet mali.] *Andria, mire, audiuit n. exceſſiſſe hebus Pãphilum, illatãq; mentionẽ mulieris peregri- doleſcentulæ pulchræ.* Ne quid Andria.] *Elegãter, ex ro. Andria nomen oſtendit & mulieris, & fabulæ. Et , Apportet: quia portare ignotius eſt.* Primũ hęc.] *De- lit, vt diximus, vitã Chryſidis, vt potuerit apud eã re- norata eſſe Glycerium, quæ ex argumento matrona erit.* nũ hæc pudicę.] *Bene hæc quidẽ, id eſt, illa quæ coa- ſt.* Duriter.] *Contra rationẽ regulæ: debuit enim dice- ure, ab eo quod eſt durus. Et tamen eſt differentia. eſt e- duriter, ſine ſenſu laboris: dure autẽ crudeliter. illud, aborem: hoc ad ſæuitiã relatum eſt. ſed dure in alterũ: iter in nos aliquid facimus.* Lana ac tela.] *Subdiſtin- tela. Finis enim eſt laboris.* Victũ quęritans.] *vt Ver- us, -cũ fœmina primũ, Cui tolerare colo vitam tenuique erua Impoſitũ cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes. Dein- inem laboris intulit, non cibũ. ſed victũ. Cibus. n. eſt qui delicatis præbetur. Victus in paruis aridiſq; alimoniis onſtitutus. vnde Vergilius, Victum infelicem baccas, idoſaq; corna Dant rami. Et poſt tãtum laborẽ, victum cibum dixit. vt Verg. At patiens operũ, paruoq; aſſue- iuuentus, Et non quærẽs, ſed quæritans dixit. Quærit e- n, qui ad plenum & perpetuũ reponit: quæritat, qui vix ondie inquirẽdo victũ inuenit.* Lana ac tela victum.] *tificioſe, vt videatur pudice apud eam futura materfa- lias educari poſſe, quam meretricem neceſſitas fecit* Sed ſtquã amãs.) *Amator fingere poteſt: Amãs verè amat,*

Vnus & itẽ alter.] *Poſt vnũ duo, ex quib. alter, vt tres, inquit enim poſt: Nam hi tres tum ſimul amabãt: Alter ab vndecimo. Ergo alter, nõ eſt ſecundus, ſed tert* Procliue.] *Procliue eſt porrò inclinatum, vel pronum, clinatũq;.* Accepit conditionem.] *Cum vno, quæſtu eſt: cum altero non eſt: cum multis ſic.* Vt ingenium eſt mniũ hominũ.] *Alia defenſio Chryſidis, vt quæ ante cerat, ipſius ſint: quæ poſtea peccauerit, naturæ homin adſcribantur.* Conditionẽ.] *Conditio eſt pactio certã gem in ſe continens.* Poſtquã acceſſit vnus & itẽ alt *Id eſt, plures: quæſtus iam meretricius factus eſt.* Per xere.] *Inuitum iſſe Paphilum his verbis ſignificat. Per cũtur enim neceſſitate coacti. Hoc etiã verbum iudices nunciare ſolent Et hoc eſt quod ſupra ait, His ſeſe ded eorum obſequi ſtudijs.* Vt vnà eſſet meũ.] *Et producte gitur Eſſet, vt cibum capiat, & correpte, vt alibi.* Vnà. *mul, id eſt, vnà cibum caperet.* Perduxerunt illuc ſec *Secum duxere, vt ſecũ eſſet.* Egomet cõtinuo mecũ.] *ne mecum, vt appareat nihil temere conſtitutum, vel p latum foras. hoc ipſum ſatis quæſitum eſſe, quod ſtatui falſis nuptiis, & infenſus eſſet filio.* Egomet contin mecũ.] *Deeſt voluebã, cogitabam, verſabã.* Captus e *Tenetur & irretitur: ex tranſlatione ferarum, atq; ve tus.* Habet.] *Id eſt, vulneratus eſt. Habet enim qui perc ſus eſt: & proprie de gladiatoribus dicitur, quia prius videant, quã ipſi ſentiant ſe percuſſos.* Captus eſt.] *Sall captus prauis cupidinibus.* Certe.] *Sine dubio pro certo ptus eſt.* Habet.] *Sic dicitur de eo qui lethaliter vulnera eſt. Verg. Hoc habet, hæc melior magnis data victima di Ergo quid ſequitur captum, niſi occidi?* Obſeruabã n ne.] *Mane aduerbialiter.* Obſeruabam. *Deeſt ta hoc eſt, quãuis captus erat & hæc tamen obſeruabã.* R gitabã.] *Non rogabam, ſed rogitabam, quia ſedulo fa bat.* Dic ſodes.] *Dic imperatiuum eſt: ideo tempera iniuriam blandimento, ſodes. eſt autem, ſi audes, & ſi ſc nam delirat qui* * *interpretatur ſodes.* Dic ſodes.] *hortantis eſt vox, vt amabo, rogo.* Quis heri Chryſid habuit? nam Andriæ illi, id erat nomen.] *Opportu nomen intulit Chryſidis. Et bene illi, quaſi dicat, quam Andriam nominaſti.* Nam Andriæ illi id erat nome

Ali

ico more, peregrinæ mulieri, à patria nomen impoſuit.
ſimul celebrat nomen Comœdiæ, dicẽdo, Ex Andro com-
rauit: Et nunc, Nam Andriæ illi id erat nomen. Quid?
nbolum dedit.] Sed ſubdiſtingue Quid, vt ſit vox
rentis quid dicat de Pamphilo. Eho, quid Pamphi-
] Primo ſic egit, vt de Pamphilo quærere videretur. ad
mum adiecit nomen, ne quid reliqui faceret. Cœna-
] Cætera in geſtu ſunt quærentis quid dicat de Pam-
o nec inuenientis. Symbolum dedit.] Mire, nulla pro
iphilo negatio facti eſt poſita: ſed per puerilem ſimplici-
m omnia geſta narrata ſunt: & quidem tacitum eſt,
celatum: ſed vt non factum eſſe ita videatur. Item a-
die.] Item ſimiliter & vide diligentiæ tẽpus adiectum,
ſi non ſufficeret vnus dies. Comperiebam.] Vide ſi
verba patris ſunt, & de reb. venereis circa filij mentio-
agentis. Nihil ad Pamphilum quicquam.] παρέλ-
nam abundat Quicquam. nam nemo quiſquam, non
tur. Spectatum.] Ad Pamphilum, non ad exemplum
rtur: & ſpectatum, probatum. Et magnũ exemplum
itinentiæ.] ὑπερβολὴ laudis, Pamphilus exemplum
tinẽtiæ. Nam qui cum.] Qui animus ſcilicet, aut certè
io ſubaudiendũ. Animus.] Deeſt Eius. Cu ingeniis.]
enia pro hominib. poſuit. Conflictatur.] Id eſt, atteri-
. Conflictatio eſt tactus corporũ inuicẽ, & colliſio. Neq;
nmouetur.] Virũ animus, an homo, vt ſubaudiamus
. Neq; animus cõmouetur.] Virũ deeſt eius? an ordo
qui animus, cum ingeniis conflictatur eiuſmodi, neque
ouetur in ea re tamẽ. ἀνακόλουθον, eo quod nõ præmiſſa
t, vel Quanquam, ſubiecit, Tamẽ, Salluſtius, Atq; ædita
liq; tribus tamen cum muris & magnis turrib. Suæ vi-
modum.] Moderationẽ, regimẽ. Cum id mihi.] Cum,
æterquã quod. Tum vno ore omnes.] Omnes: ne pa-
amore falli videretur. & ideo mox ait, Bene diſſimulatũ
orem, & celatum indicat. Laudare fortunas meas.]
ἀνηγεώτερον fortunas, quàm fortunam. & de more: vt,
i te tanti talẽ genuere parentes: Et, Vade ait, ô fœlix nati
ate. Et Plaut. Fortunatus qui illũ eduxit ſibi. Hac fa-
.] An vere laudatus, ſi ſingula hac pro argumẽtis ſunt:
xcuſatio eſt non eſſe ſtultitia falsũ, ſed impulsũ. Impul-
.] Bene impulſus, vltro enim venire impulſus eſt, qui

daret contra officium ſoceri. Vnicam gnatam ſuam
Abundat quidem Suam: ſed tamen aſſeuerantius eſt. Vn
cam gnatam.] *Quid ſi tædio multorum filiorum? at vn*
cam. Cum dote ſumma.] *Quid ſi pauper eſt? at cum a*
te ſumma. Placuit.] *Cum pronunciatione, placuit.* H
dictus eſt dies.] *Vtrum conſtitutus, an dicatus? vt Iun*
infernæ dictus ſacer. Deſpondi.] *Ex veteri more, q*
ſpondebat etiam petitoris pater: vnde ſponſus, & ſpo
ine me, atque illam opera tua nunc miſeros ſo-
citarier? (ſenſit.
n idcirco accerſor, nuptias quod mihi apparari
Quibus quidem quàm facile poterat quieſci, ſi
ic quieſcet?
Age, ſi hic non inſanit ſatis ſua ſponte, inſtiga.
IY. atque ædepol
es eſt propter quam nunc miſera in mœrore eſt.
A. Myſis. (ſerturum:
omnes tibi adiuro deos, nunquam eam me de-
n, ſi capiundos mihi ſciam eſſe inimicos omnes
ıomines. (leant,
ıc mihi expetiui, contigit. conueniunt mores: va-
inter nos diſſidium volunt. hanc, niſi mors, mi-
i adimet nemo.
Reſipiſco. PA. non Apollinis magis verum at-
ue hoc reſponſum eſt.
oterit fieri, vt ne pater per me ſtetiſſe credat,
o minus hæ fierent nuptiæ, volo. Sed ſi id non
oterit,
aciam, in procliui quod eſt, per me ſtetiſſe vt
redat.
is videor? CH. miſer æquè, atque ego. DA. conſi-
um quæro. CH. fortis.
Scio quid conere. DA. hoc ego tibi profecto ef-
ectum reddam.
Iam hoc opus eſt. DA. quin iam habeo. CH. quid
ſt? DA. huic, non tibi habeo, ne erres.

CH. Sat habeo. PA. quid facies? cedo. DA. dies hi[c] mihi vt ſit ſatis, vereor (dum creda[s]
Ad agendum: ne vacuum eſſe me nunc ad narra[ndum]
Proinde hic vos amolimini. Nam mihi impedime[n]to eſtis.

PAM. Ego hanc viſam. DA. quid tu? quò hinc te [a]gis? CH. verum vis dicam? DA. imò etiam.
Narrationis incipit mihi initium. CH. quid me fiet
DA. Eho tu impudens, non ſatis habes, quod ti[bi] dieculam addo,
Quantum huic promoueo nuptias? CH. Daue, at t[a]men. DA. quid ergo?
CH. Vt ducam. DA. ridiculum. CH. huc face, ad me venias, ſi quid poteris.
DA. Quid veniam? nihil habeo. CH. attamen ſi qu[id] DA. age veniam. CH. ſi quid,
Domi ero. D. tu Myſis dum exeo, parumper me [o]perire.
MY. Quapropter? DA. ita facto opus eſt. MY. matu[ra] DA. iam inquam hic adero.

IAm vbi vbi erit.] *In ſcena hac inſtauratio eſt adho[rta]tionis Pamphili per Myſidem. Opus eſt enim exhor[tari] rurſus adoleſcentem, ne ſub patris oppreſſione frangat[ur].* Iam vbi vbi erit. *Opportune rurſus æſtuante Pamph[ilo] amicæ mentio obijcitur per Myſidem, ne ſuccumbat ad [nu]ptias patri, quamuis promiſerit patri ſe ducturum co[niu]gem, aduerſus quam difficultatem, quia ipſius perſona [non] ſufficit: id agit ad Glycerium modo adducat Pamphil[um] cuius affectũ excitat, nõ ex eo ſolũ, quod eum puella vo[cat,] ſed etiam quod deſiderat eum videre.* Vbi vbi erit.] *vbi, in prima parte vim ſuã tenet, in poſteriore produc[it] nẽ, & eſt quemadmodũ vt vt, qua qua, vnde vnde: pro [vbi]cunq;, vtcunq;, quacunq;, vndecunq;.* Iã vbi vbi erit [in]uentũ tibi curabo.] *Non ſolũ ſe adducturũ promiſit [ſed] & tẽpus addidit. Et bene Tibi, quaſi amanti.* Anime [mi.] *Mollis oratio, & fœminea multis implicata blandime[ntis.] Ait.n. Tu modo anime mi. Mi, pro meus.* Integraſcit. [In]*tegratur, quod ad integrũ redit, quod repetitur, ꝙ inſ[tau]ratur. Vergilius, Ramoq; ſedẽs miſerabile carmẽ Inte[grat.]* Solicitarier.] *Perturbari.* Hoc malũ.] *Amor meus*

yceri ſolicitudo,quam neſcire oportuit nuptias. Quod hi apparari.] *Apparari, ad honorem & timorem re- tur : & datiuo caſui ſubiunctum cladem & perniciem nificat. vt Vergilius, Mihi ſacra parari.* Age ſi hic non anit ſatis.] *Hic excitus comprimit Charinum,ne fomẽ- racundiæ Pamphilo præberet. Aut ſi pœnitet te, quan- n hic ſua ſponte inſanit.* Si hic non inſanit ſatis.] *α- ιεία eſt,aut laus ad mitigandũ Pamphilum.* Ea res eſt.] *eſt,nuptias apparari ſenſit.* Myſis.] *Aſſeueratio eſt,ſi à nine eius incipias, cum quo loqueris.* Per omnes tibi iuro deos.] *Ad auctiua particula eſt:vt admirabili- , valde mirabiliter ; & aduerto. Et hoc ſupereſt amiſſa , vt adiurandũ ſit.* Omnes homines.] *Mira verecun- :omnes homines maluit dicere, vt in his quoq; parentes ificaret,quàm apertè dicere patrem, cuius metu promi- nuptias. & eſt contra illud,Sed vim vt queas ferre.* O- ıes homines.] *Ita dixit de vno,hoc eſt, patre : omnes nines:vt idem alibi, O cælum,ô terra, ô maria Neptuni. unquid & cœlum, Neptuni eſt?non vtiq;:ſed omnia hæc ria voluit eſſe,vt Verg Omnia vel medium fiant:mare.* ontigit.] *Quod vix euenit,contigiſſe dicitur.* Conue- ınt mores.] *Recte; & id quod matrimoniũ firmat.* Va- ınt.] *Hoc eſt abeant,recedant:quia & diſcedentibus & ortuis,vale dicitur : vt Verg. Salue æternũ mihi maxime illa AEternumq; vale. Vel potius τῷ εὐφημισμῷ quum ıle optaturus eſſet, conſiderato patre παράδοξως locutus : & non dixit, quod intenderat,pereant. Et attẽde quam oderate pluraliter dixerit, quum ſignificaret patrẽ.* Va- ınt.] *Renunciationis & precationis eſt verbũ.* Hanc niſi ors,mihi adimet nemo.] *Et ſi valeant, hanc niſi mors mo adimet. Conceſſio hic eſt. hoc enim per conceſſionem di- ur.* Hanc niſi mors mihi adimet nemo.] *Perſeuerat, dicat pater:pro, Nõ adimet pater.* Reſipiſco.] *Spiritum uocat ſenſus.* Magis verum.] *Aut magis verũ,aut ve- us dicimus.* Vt ne pater.] *Vt ne,pro ne non.* Per me ſte- ſe.] *Stetiſſe,hoc eſt,eſſe,vt Verg. Deſertaq; mõtis Stat do- us. Aliter plenũ eſt,vt idem: Stant & iuniperi, & caſta- æ hirſutæ. Aliter horreat: vt Stãt lumina flãma. & Luci- us,Stat ſentib. fũdus.* Per me ſtetiſſe.] *Hoc eſt per me fa- ũ eſſe,ne fierẽt nuptiæ.* Miſer eq; atq; ego.] *Bñe atq; ego:*

quia hic amore vexatur. Et intulit παράδοξον. *Nam vo[...]* *bat Pamphilus ſibi dici, fortis. quod illi tamen mox di[...]* *tur. Hic igitur aliter reſpondet, atque interrogat Pamp[...]* *lus. ideo quod videbat impoſſibile eſſe palam reſiſtere [...]* *renti.* Scio quid conere.] *Senſus eſt, Scio quidem qu[...]* *coneris, ſed an efficere poſſis, neſcio.* Scio quid conere.] *Pamphili eſt perſona, cum* εἰρωνείᾳ *dicitur: ſi Charini, ſi[...]* *plex laudatio eſt, ſed ſi Pamphili eſt, hoc ſignificat quod [...]* *pra, Ex vnis geminas mihi conficies nuptias. Sed non* *perſonam Pamphili, vt ex ſubiectis oſtenditur.* Non t[...] habeo, ne erres.] *Deterret etiam nunc Charinum, vt* *ipſe adiuuet Dauum, ne Pamphilo nubat Philumena.* *eodem ſenſu vtitur Dauus aduerſum Charinum, quo [...]* *pra, Quaſi neceſſe ſit, ſi huic non dat, te illam vxorem [...]* *cere.* Non tibi habeo, ne erres.] *Velut etiam pro ſe Ch[...]* *rinus ſentiat, hoc dicit. vel vt ſolent ſerui cōtumaciores [...]* *uerſum amicum domini, quia nuper à Charino accuſa[...]* *eſt, vel quia & quid dicat non habet: & videt tacend[...]* *non eſſe.* Sat habeo.] *Quia dilatio facta eſt.* Vt ſatis ſi[...] *Vt pro ne non.* Ne vacuum eſſe me.] *Ne pro nedum, [...]* *aduerbium eſt prohibentis: vt ſit, ne, non. Salluſtius, ſec[...]* *do libro: Ne illa tauro parita ſint, pro ne, dum.* Proin[...] hinc vos amolimini.] *Amoliri dicuntur ea, quæ c[...]* *magna difficultate, & molimine ſummouentur, & toll[...]* *tur è medio: ſic dixit quaſi odioſo, & moleſto. Diſcedere [...]* *citur, qui facile abit è medio: Amolitur qui vix rece[...]* Proinde hinc vos amolimini.] *Moleſtum impedim[...]* *tum ex rei magnitudine iacētis in medio, & ideo imped[...]* *tibus ſe, dixit, Amolimini hinc: non, abite.* Proinde h[...] vos amolimini.] *Spe iniecta, etiam domino imperat [...]* *uus callidus.* Nam mihi impedimēto eſtis.] *Vtrum* *vere dicit, an fingit, quia adhuc conſiliū non inuenit, q[...]* *narrare poſſit?* Hanc.] *Glycerium ſcilicet. & cum miſe[...]* *tione puellæ hanc.* Quo nunc te agis?] *Vt tarditatem* *ſcedentis oſtendat. Agere enim ſe & tardi, & triſtes dic[...]* *tur. ſic Vergilius, Amiſſis remis, atq; ordine debilis vno, [...]* *riſam ſine honore ratem Sergeſtus agebat. Idem alibi, [...]* *gubernator ſeſe Palinurus agebat.* Quo hinc te agi[...] *Admonitio diſcedentis vt ſolet, nam à quo diſcedere deſ[...]* *ramus, admonemus eum quo vadat, vel quo eat. Id fac[...]*

per

nterrogationem admonet Dauus Charinum: vt ipſe dat Charinus, qui nunc vltimus remanet. Verum vis m?] *Pro initio ſedulæ narrationis hoc ſumimus. At ſpondet Charinus, tanquam qui intelligat non diſcere Dauum quo eat, ſed id agere, vt abſcedat.* Narratio- nihi incipit initium.] *Narrationis ſcilicet quo eat: verum vis dicam, velut proœmium narraturi eſt.* d me fiet?] *Quid igitur inquit, quid de me fiet? Ab c, quaſi à iocante, pronunciandum eſt. nam ſic illi, im- ns, reſpondet.* Quid me fiet?] *De Philumena ducen-* ho tu impudens.] *Proprie Charino dixit impudens, inſolita & multa poſcenti, quippe qui & ſponſam a- m petere auſus ſit: & non ſatis habeat, per Dauum ſi- oram præſtitam Pamphili nuptiarum.* Quod tibi ılam addo.] *Dieculam, Horam, & eſt ὑποχόρισμα. ılam, hoc eſt tempuſculum: & ſumitur ab eo quod eſt ies.*] *Diecula, mora, & quaſi parua dies. & dieculam, a ſcilicet ambias quantum poteris, ad ducēdam Phi- nam. Vult enim ſe Dauus adiuuari per Charinum & am.* Promoueo.] *Differo.* Promoueo nuptias.] *oriter Dauus: ſcit enim illum his verbis periiſſe. Sal- liquot dies profer, dum proficiſcar aliquo, ne videam: s rei oblitus Charinus, etiam vt ducat vxorem petit.* culum.] *Deeſt hominem.* Age veniam.] *Vix conce- is, vix conſentientis eſt, age veniam.* Dum exeo.] *lycerio ſcilicet.*

ACTVS IV. SCENA III.

MYSIS.

hílne eſſe proprium cuiquã? Di veſtram fidem. Iamb. trime.
ſummum bonum eſſe heræ putabam hunc
ımphilum:
icum, amatorem, virum in quouis loco
.tum: verum ex eo nunc miſera quem capit
orem? facile hic plus mali eſt, quàm illic boni.
Dauus exit, mi homo, quid iſtuc obſecro eſt? Hemiſtichiũ
ò portas puerum? abſoluitur

hil ne eſſe proprium cuiquã?] *Hæc ſcena admini-* proxima ſce-
ſtrationem doli habet, quo fit vt deterreatur Chremes na.
m ſuam Pamphilo dare. Et vide non minimas partes in

hac comœdia Myſidi attribui, hoc eſt, perſonæ fœmineæ: hæc perſonatis viris agitur, vt apud veteres: ſiue per [illegible] *lierē, vt nūc videmus.* Nihílne.] *Ne aduerbiū percūct.* Nihílne eſſe propriū cuiquā?] *Omne quod habemus mutuū eſt, aut propriū. Ergo proprium, perpetuū, vt* [illegible] *Propria hæc ſi dona fuiſſent. Ergo nihil nobis proprii poteſt: quodn. non fuit, nec eſſe quidē poteſt: aut quod* [illegible] *poteſt, non eſt noſtrum. niſi illa quæ eripi nō poſſunt, v* [illegible] *pientia, iuſticia, prudentia: quæ fortuna neq; dare, ne* [illegible] *cipere cuiquā poteſt. Et ſimul hoc ipſū & à re, & à pe* [illegible] *hic oſtendit. A re, Nihil ne eſt propriū? A perſona, Cui* Proprium. *Perpetuū, non temporale ac mutuū.* D [illegible] ſtrā fidē.] *Admiratis aduerbiū cum exclamatione.* [illegible] *dixit opem & auxiliū: vt Tyrrenamq; fidem.* Summū [illegible] num eſſe.] *Mire pro pleno. Et neutro extulit, sūmū* [illegible] Amicum, amatorem, virū]. *Amicus Animi eſt: A* [illegible] *vero, corporis, non enim cōtinuo amator eſt, qui bene* [illegible] *vt Dido amauit quidē Aeneam, ſed non & amica fui* [illegible] *ait, Non potui auulſū diuellere corpus, & vndis Spa* [illegible] *Et item Catullus, Cogit amare magis, ſed bene velle n* [illegible] *& eſt hic officium & blandimentum. Amatorem &* [illegible] *dixit ad diſcretionem: vt per ea quæ enumerat, marit* [illegible] *ſtenderet.* In quouis loco paratum.] *Paratum di* [illegible] *omnes affectus, quicunq; de proximo eſſe poſſunt: & me ad Homericam ſententiā reſpexit** verum ex eo, [illegible] *Pamphilo.* Nunc miſera quem capit dolorem? [illegible] *admiratione pronunciat quem, & cum exclamation* [illegible] *dam.* Facile hic plus mali eſt, quam illic boni.] [illegible] *aduerbium confirmantis eſt liquido & manifeſto.* [illegible] *dicebant facile pro certo. Vt Cic. Illius ciuitatis facil* [illegible] *ceps.* Dolorem.] *Dolorem diſtinxit, probe: & poſt* [illegible] *ſeparatim quod ſequitur,* Facile hic plus mali eſt, *in* [illegible] *& metu ſcilicet amittendi, quàm in voluntate reti* [illegible] Quàm illic boni.] *In ſummo bono. Dicit enim, E* [illegible] *quæ bona exiſtimamus, plus nos mali capere, quum* [illegible] *miſſuros nos credimus, aut amittimus, quam boni,* [illegible] *habemus.* Facile hic plus mali eſt.] *Plus mali in* [illegible] *& metu: vt diximus.* Quàm illic boni.] *Id eſt in am* [illegible] *matore & viro.* Mi homo quid iſtuc obſecro e [illegible] *Myſidis verbis, quid Dauus faciat demonſtratur.*

obſecro eſt? Inuolutum puerum portat Dauus: & dicit mulier, Quid iſtuc obſecro eſt?] *Tum ille eit puerum & profert: quem poſtquam expediuit, tum lixit,* Quo portas puerum?

ACTVS IV. SCENA IV.

DAVVS. MYSIS.

Yſis, nunc opus eſt tua
Mihi ad hanc rem exprompta memoria, atque Iamb.trimet.
ſtutia. (cyus,
Quidnam incepturus? DA. accipe à me hunc o-
ue ante noſtram ianuam appone. MY. obſecro,
nine? DA. ex ara hinc ſume verbenas tibi,
eas ſubſterne. MY. quam ob rē id tute nō facis?
Quia ſi forte opus ſit ad herum iurandum mihi
appoſuiſſe, vt liquido poſſim. MY. intelligo.
ia nunc religio vnde *te iſtæc inceſſit, cedo? *al. in te.
Moue ocyus te, vt quid agam porro intelligas.
Iupiter. MY quid? DA. ſponſæ pater interuenit.
udio conſilium, quod primum intenderam.
.. Neſcio quid narres. DA. ego quoque hinc ab
extera
ire me aſſimulabo: tu, vt ſubſeruias
tioni, vtcunque opus ſit verbis, vide.
Ego quid agas, nihil intelligo, ſed ſi quid eſt,
od mea opera opus ſit vobis, aut tu plus vides,
iebo: ne quod voſtrum remorer commodum.

Yſis, nunc opus eſt.] *Hæc ſcena actuoſa eſt: magis enim in geſtu, quam in oratione eſt conſtituta.* Myſis, c opus eſt.] *Properantis & impenſe agentis Daui a monſtrantur.* Exprompta.] *In medium prolata.* noria atq; aſtutia. *Memoria, vt præcepta Daui reti. Aſtutia, ad agendū ſtrenue quæ imperet.* Memoria.] *bliciter magis, vt memor ſit Daui præceptorum. Et mea, pro intelligentia: vt Verg. Inſtamus tamen immemo-* Ex ara hinc ſume verbenas.] *Ex ara ſcilicet Apolliquem* ἀγυιεῦ *Menander vocat, aut quod Apollini coia dicata eſt: in cuius honorem aram conſtituebant ædiam celebrantes. Apollini ergo comœdia, Libero patri tra-*

tri tragœdia. Sume verbenas tibi] *Verbenæ,quaſi h bene, redimicula ſunt ararum.* Tibi.] *τὸ tibi quaſi ſtum quendam & motũ ſtomachantis habet:vt alibi,Q vis tibi? Et tibi ſume,dixit, & non tibi ſubſterne.* Ex ſume verbenas.] *Verbenæ,ſunt omnes herbæ frond. Feſtæ ad aras coronandas:vel omnes herbæ frondesq́; e. liquo loco puro decerptæ. Verbenæ autem dictæ,quaſi l benæ:ſic Menander*.* Quamobrem id tute non faci *Tute nunc dicitur,quum pronomẽ ad eam reuocatur p ſonam,à qua ſumitur : vt verbi gratia,quum dicimus lege:ille nobis reſpondeat, Cur tute non legis?* Quia ſi ſ te opus ſit ad herum iurandum mihi.] *Sic locutus vt explicari,atq; intelligi non poſſit : aut enim deeſt ius ſit iurandum pro iuſiurandum, aut(vt vulgo dicitur ramentum. Et opus eſt illam rem:non opus eſt illa re.* V quido poſſim.] *Liquido, pure, & manifeſte. Nam ſunt pura & defæcata,liquida ſunt.* Noua nũc relig *Bene iuſiurandum metuere ſeruum monſtri ſimile eſt.* ua religio.] *In ſeruo,& ſubita.* Noua nũc religio.] *uum nolle mentiri,noua religio eſt.* Cedo.] *Porrigent manum.* Porro intelligas.] *Porro,modò aduerbiu ordinis:aliàs temporis.* Sponſæ pater interuenit.] *non dixit Chremes,ne,quum dixiſſet,quis Chremes? vt hic reſponderet,ſponſæ pater: & non temere hoc facit p nam promiſerat ſe rediturum domum Chremes,Domi do ibo:vt apparentur,dicã: atq; huc renuncio.* Quod mum intenderam.] *Verbum à venatorib. translati retia intendunt ad feras captandas. Quia ergo parat C mem & Simonem fallere:intenderã dixit. Vel à ſagitti arcu.* Neſcio quid narres.] *Bene narres:narrare eni liena,& quæ nobis nõ ſũt neceſſaria dicim⁹.* Ego quo *Bene ait Quoq;:quia & Chremes veniebat.* Tu vt ſu uias.] *Recte, vt ſubſeruias, dixit,non enim tantum lo tur Myſis quantum Dauus.* Orationi,vtcunq; op verbis.] *Tuis verbis orationi meæ, plura enim loqu Dauus. inde orationi dixit : illa ſubſequetur, ideo ve* Vide.] *Cauta eſto, intellige,ſpecta.* Aut tu plus vic *Si ſapis,intelliges.* Remorer commodum.] *Remore tardem, retineam. Remorari à remora piſce minuti qui naues retinet. nam Græce ἐχενήις vocatur.*

ACT

ACTVS IIII. SCENA V.

CHREMES. MYSIS. DAVVS.

:uertor, poſtquam quæ opus fuêre ad nuptias Iāb. trimet.
ınatæ, paraui, vt iubeam accerſi: ſed quid hoc?
r hercle eſt: mulier tun' apposuiſti hunc? MY. vbi
eſt. CH. non mihi reſpōdes? MY. hem, nuſquam Iāb. tetram.
ſt. væ miſeræ mihi,
quit homo me, atq; abiit. DA. di vōſtram fidem, Troch. catal.
d turbæ eſt apud forum? quid illic hominum
litigant? * al. (litigat)
n annona chara eſt. quid dicam aliud, neſcio. Rurſus trim. iambici.
Cur tu obſecro hic me ſolam? DA. hem quæ hæc
ſt fabula?
Myſis, puer hic vnde eſt? quísve hoc attulit?
Satin' ſanus es, qui me id rogites? DA. quem igi-
ır rogem,
hic neminem alium video? CH. miror vnde ſit. * al. (videā.)
Dicturan' quod rogo? MY. au. DA. concede ad
extram.
Deliras. non tute ipſe? DA. verbum ſi mihi
ım præterquam quod te rogo, faxis: caue.
Maledicis. DA. vnde eſt? dic clare. MY. à vobis.
A. ha ha he.
irum verò, impudenter mulier ſi facit meretrix. * Iamb. ſcazon. catalect. Senarius erit ſi legas (Mirū impudēter mulier ſi meretrix facit.)
H. Ab Andria eſt ancilla hæc, quantum intelligo.
Adeóne videmur vobis eſſe idonei,
uibus ſic illudatis? CH. veni in tempore.
Propera adeò puerum tollere hinc ab ianua.
ıe, caue quoquam ex iſtoc exceſſis loco.
Di te eradicent: ita me miſeram territas.
Tibi ego dico, an non? MY. quid vis? DA. at etiā * Iamb. triā.
ogas?
lò cuium puerum hic apposuiſti? dic mihi. (go.
Tu neſcis? DA. mitte id quod ſcio: dic quod ro-
Veſtri. DA. cuius veſtri? MY. Pamphili. DA. hem (Eho) eſt extra verſum, aut annectitur priori.
uid Pamphili?
* Eho, an non eſt? CH. recte ego ſemper fugi has
uptias.

DA.

DA. O facinus animaduertendū! MY. quid clamit
DA. Quem ne ego heri vidi ad vos adferri veſperi
MY. O hominem audacē! DA. verū vidi Canthar
Suffarcinatam. MY. dis pol habeo gratias,
†(adfuerūt) trisyllabū eſt — Cùm in pariundo aliquot † adfuerunt liberæ.
DA. Næ illa illū haud nouit cuius cauſa hæc inci
Chremes, ſi poſitum puerum ante ædes viderit,
*(In magis) eliditur s. — Suam gnatam nō dabit: tanto hercle * magis da
CH. nō hercle faciet. DA. nunc adeo, vt tu ſis ſci
Ni puerum tollis, iam ego hunc in mediam viar
Prouoluam: teque ibidem prouoluam in luto.
MY. Tu pol homo non es ſobrius. DA. fallacia
Aliam alia trudit: iam ſuſurrari audio,
Ciuem Atticā eſſe hāc CH. hem. DA. coactus legi
Eam vxorē ducet. MY. eho obſecro, an nō ciuis e
CH. Iocularium in malum inſciens penè incidi.
*In(quis)eliditur s. — DA. * Quis hic loquitur? ô Chreme, per tempus uenis. (m
* al. (nec.) — Auſculta. CH. audiui iam omnia. DA. ah, * ne tu
CH. Audiui inquam à principio. DA. audiſtin' o cro? hem
Scelera. hanc iam oportet in cruciatum hinc ab
Hic ille eſt: non te credas Dauum ludere.
MY. Me miſeram, nihil pol falſi dixi, mi ſenex.
†Pentameter eſt, niſi legas (intus eſt) in fine. — † CH. Noui rem omnem. ſed eſt Simo intus? DA.
† MY. ne me attingas ſceleſte: ſi pol Glycerio no mnia hæc.
†Iāb. tetram. — † DA. eho inepta, neſcis quid ſit actum. M † quid (
†Trimetri. — DA. Hic ſocer eſt. alio pacto haud poterat fieri,
†aliàs, (qui.) — Vt ſciret hæc, quæ voluimus. MY. hem prædicer
DA. Paululum intereſſe cenſes, ex animo omnia
Vt fert natura, facias, an de induſtria?

REuertor.] *Adeſt nunc ipſe Chremes, cuius cauſa ſ fraudibus inſtructa eſt, ne promiſſas compleat nup* Vt iubeam accerſi.] *Recte iubeam, quia ſumma pot nuptiarum à parte puellæ eſt.* Sed quid hoc?] *Non in rogantis, ſed mirantis, & non intelligentis eſt, & apt eum non oculis prius, quàm corporis offenſu puerum ſiſſe latentem.* Puer hercle eſt.] *Ornatiua particula*

'c. Mulier.] *Magis quàm Myſis.* Vbi illic eſt?] *Da-quærit, qui nūc abceſſit, vt & ipſe de foro venire vi-ir.* Non mihi reſpondes?] *Bene non reſpondes. Se memor eſt vetitam quicquam dicere, niſi ſubſeruiat mi Daui.* Reliquit me homo.] *Mire hominem, non im dixit: vt etiamſi audiat Chremes, incertā perſonam nis audiat, non Dauum.* Dii veſtram fidem.] *Ad-um admirantis cum exclamatione.* Quid turbæ eſt l forum.] *Hæc verba ſunt venientis de foro.* Quid hominum litigant?] *Legitur & litigat.* Tum an-ı chara eſt.] *Comminiſcentis eſt potius quàm alicui ntis.* Quidnam aliud dicam?] *Hoc ad ſpectatores.* u obſecro hic me ſolā.] *ἀποσιώπησις tertia.* Fabu-*abulāſe dicit audire, qui rei principium, rationemq́; it.* Eho.] *Eho interiectio eſt, vel principiū animad-nem in ſe poſcentis, aut repente cernentis.* Hic ne-video.] *Callide affirmat, non ſibi viſum Chremem, ı & præuideret venientem, & præſentem videat.* Mi-nde ſit.] *Miror veteres cum Vnde, pro neſcio pone-nam admiratio ab ignorantia deſcendit. Plautus, tis miretur qui ſim, paucis eloquar.* Au.] *Interiectio rnatæ mulieris.* Concede ad dextram.] *Et bene am. ſiniſtra enim venit Chremes: & non vult proxi-ei Chremetem, ſed iuxta: ſupra enim dixit, Ego quo-inc ab dextra venire me aſſimulabo.* Deliras, non pſe?] *Deeſt, cum mihi dediſti. Sed & ſupra, & nunc urbat Dauus, ne mulier totum dicat.* Non tute i-*Summiſſa voce.* Verbum ſi mihi vnum.] *Accom-tè cōminatur Dauus: penè enim Myſis vniuerſa nar-*. Præterquam quod te oro.] *Hoc & ſenſim, & vt ſentiat, pronunciari poteſt.* Faxis caue.] *Geſtu com-itis eſt, & vultu: vt ſuſpenderet cōminationem, de-nferret geſtum. Ordo, Caue faxis.* Male dicis.] *Cum nptu loqueris, conuitium facis. Apparet ergo male lentius eſſe dictum, quum ſubiungit, dic clare.* Male .] *Nouè male dicis, pro comminatione poſuit, quum nuitio ſoleat poni. Niſi forte quia contumeliæ genus mminatio. Quidam putant eſſe vnam perſonam, Da-icet, dictum ſuperius Myſidis non ſatis manifeſtum ni, in maledicti ſimilitudinem deriuantis.* Vnde eſt,

dic

dic clare.] *Hic expreſſius dixit:* A vobis.] *quia à vobi rum intelligebatur, hic addidit morem meretricis, v ſic intelligat ſenex.* Mirum verò.] *Sæpe ad εἰρωνείαν re tur.* Impudenter mulier ſi facit.] *Bono ordine loqu eſt, primo enim, cauſa impudentiæ natura eſt: deinde ditio.* Adeon' videmur vobis eſſe idonei.] *Idoneu aptus ad omnia, & bona, & mala.* In quibus ſic illu tis.] *Et illudo in te, ſeptimo caſu: & illudo te, accuſ dicimus. ſed in primo ſuperuacuum eſt: vt ſit, quib ludatis.* Ab Andria eſt ancilla hæc.] *Effecit, quod bat Dauus. nam intellexit Chremes ſit ex qua Pāphil tus puer.* Adeon'.] *Adeóne an, adeóne ad eum.* Ve tempore.] *Cum prouiſus ſit, interueniſſe putat.* Ve tempore?] *Opportune. nos ſine præpoſitione dicimus, pore & tempori.* Propera adeò puerum tollere. *verſus clarè dicitur: ſequens ne ſenex audiat, preſſe.* (quoquam ex iſto exceſſis loco.] *Neceſſariò Dau tinet Myſidem. nōdum enim omnia audiuit Chremes dum comperit vnde ſit mulier, & puer de quo ſuſc ſit. Exceſſis pro excedas: vt faxis pro facias.* An etiar gas?] *Rurſum iurgium repetit, & turbulentam ora* Cedo.] *Cedo idem ſignificat quod dic & da mihi. er petitionem ſignificat, non ſuperuacuam orationem. dictum cum quadam fiducia, & contemptu eius cui ſermo eſt, interrogantis aliquid.* Mitte id quod (*Hoc lentius, & ſummiſſe.* Hem, quid Pamphili?] *ret mulierem Veſtri & Pamphili lentius pronuncia Dauus vellet: & ideo nunc repetiſſe nomen noſtri & phili.* Hem, quid Pamphili?] *Duas res operatur I ſimul, & vt ignariſſimum ſe oſtēdat, & vt Pamphil minetur. Et argutè repetit nomen Pamphili, quaſi dignationem, vt ſocer auribus adoleſcentis nomen cet. metuit enim, ne non audiat velut ſenex.* Rect has.] *Et hic efficit quod voluit Dauus, vt Pāphili mes puerum eſſe cognoſcat, & recuſet generum.* Ha *eſt, huiuſmodi.* O facinus animaduertendum!] *σιώπησις quarta.* Quid clamitas?] *Clamauit enim uus, vt puerum audiret Chremes.* Quémne ego hic di ad vos deferri veſperi?] *Vult negando irritare lierem ad confirmanda quæ vult.* O hominem a

!] *Exclamatio Myſidis teſtimonium veritatis eſt.* Ve-
vidi Cantharam ſuffarcinatam.] *Vidi infirmum*
umentum. prius, vidi puerum afferri, dixit: poſt, non
um, ſed Cantharam ſuffarcinatam. Canthara, nomen
nus, & hoc dixit, vt leniter arguat Myſidem, non vt
atur. hoc enim vidiſſe ſe innuit, Cãtharam ſuffarcina-
non puerum portantem. Suffarcinatam.] *Proprium*
nibus ſuffarcinatas eſſe. vt Perſius, Pannucia Baucis.
lautius, Doliarem, claudam, craſſam. Quum in pa-
do aliquot affuerunt liberæ.] *Indicium ſecuta con*
atio eſt, quam expreſſit Daui refutatio. ſupereſt etiã,
concludatur effectus doli, negante Chreme ſe daturũ
n: quod ſubinde efficit Dauus dolo. Aliquot liberę.]
paucæ, nec multæ. Liberæ.] *Teſtimonia libera contra*
m. & hoc proprium Terentij eſt: nam de Romano mo-
c dixit. Næ illa illum.] *Næ, valde. Cic. Næ illi vehe-*
er errant. Chremes, ſi poſitũ puerũ.] *ἐν ὑποκρίσει.*
ἡ μίμησις. tranſit enim à mixto ad imitatiuum charã-
m. Næ illa illum.] *Chremetem ſcilicet.* Chremes ſi
tum puerum.] *μίμησις, quãdo aliqua verba ſic pro-*
iamus, vt vana videantur. Non hercle faciet.] *Bene*
de ſe tertiam perſonam fecit, vt ſupra, At nũc faciet.
ſis ſciens.] *Eloquenter. ſic enim veteres pro ſcias di*
In mediã viam prouoluam.] *Bene in mediam viã:*
ante fores poſitus iacebat. Teq; ibidẽ prouoluam
to.] *De proximo παρόμοιον repetit. Et quando nomi-*
nt, παρωνομασία: quando verba, παρόμοιον dicitur.
oluam.] *Id eſt, porrò voluam, & dolo quidẽ minã-*
quod facturus non eſt: verum ſedulo id agit, vt iam
tollatur è medio: ſimul eum ſeruat Chremeti, vt ipſe
et generum, non à quoquã paſſus videatur iniuriã.
ol homo nõ es ſobrius.] *Sobrius, eſt ſanæ mentis,*
ſebrius, hoc eſt, ab ebrio ſeparatus, ſecretus, ſepara-
iis qui diſcernuntur. Fallacia alia aliam trudit.]
erbiũ, cui ſubiacet, memorem mendacẽ eſſe oportere.
m Atticã eſſe hanc.] *Tranſit ad imitationẽ.* Eho.]
iectio eſt conturbatæ mulieris. Iocularium in ma-
] *E contrario pro graui, & moleſto, ac nimio. Iocula-*
igitur κατ' ἀντίφρασιν. Quis hic loquitur: ô Chre-
Principiũ loquendi Dauus Chremeti dat, perfectu-

rus quæ ipſe conatus eſt. Per tempus aduenis.] *Idē per tempus quod in tempore: aut certè per tempus, tem ſtiuè.* O Chreme, per tempus aduenis.] *Aſtute q ſi eum nunc primum viderit.* Ah, ne tu omnia.] *ne pro non legitur; aut ne tu omnia: vt Ne producatur accipiatur pro nō* Tu omnia.] *Audiſti, ſubauditur* diſtin' obſecro? hem.] *Exultans Dauus infert, & n cat frequenter repetendo.* Audiſtin' obſecro? hem.] *ficile credendo affirmat ſe non ſciuiſſe præſentem Chre tem, vt hac confirmatione nihil illum de ſe faciat ſuſpi* In cruciatum.] *Non in crucem, ſed cruciatum.* Hic eſt.] *Cum ἐμφάσει, quaſi vir magnus: ſed hoc Chreme ſtendens, dicit cum εἰρωνείᾳ.* Non te credas Dauum dere.] *Vergil. Non Diomedis equos, non currus cerni chillis.* Mi ſenex.] *Bene ſenex: quia quaſi alienior eſ ignotus Myſidi. Mi, ſuppalpatio muliebris.* Ne me a gas.] *Quædam oſtenduntur aperte in comœdiis, quæ aliis perſonis intelliguntur.* Si pol Glycerio non o hæc.] *ἀποσιώπησις tertia, quod alienæ perſonæ interv reticeatur. Fiunt autem ἀποσιωπήσεις, id eſt, reticenti bus modis, aut enim tacet per ſe ipſum & ad aliū tr & eſt prima: aut tacet, nec vltra aliquid dicet; & cunda: aut alterius interuentu perſonæ ſilet; & eſt t* Neſcis quid ſit actum.] *Neſcis plerunq; dicitur ei quem volumus redarguere imperitiæ aut ignoranti quem facere volumus vt velit libenter audire.* Pau tereſſe.] *Noue pro multum Et eſt ταπείνωσις σχημ* animo omnia, vt fert natura, facias.] *Figura ἐπ σις. Nam quid eſt Ex animo, niſi, vt fert natura & l tentia à Terentio ἐρωτ μ[...]κῶς prolata eſt: quam M ner ἐπιδ[ει]κτικῶς poſuit.* Vt fert natura.] *Hoc eſt, na lis ingenita actio.* An de induſtria?] *Id eſt, ſcien prouidentia, ea enim quæ diſcimus & ſcimus & ope ne genita & induſtria quadam ſcimus vt Virg. Et c tre ſolum, namque hoc imitamur arando.*

ACTVS IIII. SCENA VI

Iāb. tetram. CRITO *hoſpes.* MYSIS. DAVVS.

* Et ſiturum cēn onās in (diuitias.)

IN hac habitaſſe platea dictum eſt Chryſiden
Quæ ſe inhoneſte optauit parare hic * diuiti

P

tius, quàm in patria honeſte pauper viuere.
s morte ea ad me redierunt bona.
l quos perconter video. ſaluete. MY. Obſecro
em video? eſt'ne hic Crito ſobrinus Chryſidis?
ſt CRI ó Myſis ſalue. MY ſaluos ſis Crito.
I. Itáne Chryſis? hem. MY. nos quidem pol miſeras perdidit. (ſic
Quid vos? quo pacto hic? ſatí'ne recte? M. nóſne?
quimus aiunt, quando vt volumus non licet.
Quid Glycerium? ſuos hic iam parentes reperit?
Vtinam. CRI. an nondum etiam? haud auſpicato huc me appuli.
n pol, ſi id ſciſſem, nunquã huc detuliſſem pedẽ.
er enim eius dicta eſt hæc, atq; habita eſt ſoror.
illius fuerunt, poſſidet, nunc me hoſpitem
s ſequi, quàm hic mihi ſit facile, atq; vtile,
rum exempla commonent. ſimul arbitror,
eſſe aliquem amicũ & defenſorem ei, nam ferè
diuſcula iam profecta eſt illinc. clamitent
ycophantam, hæreditatem perſequi,
dicum. tum ipſam deſpoliare non * libet.
Optimè hoſpes pol Crito antiquum obtines.
ıc me ad eam: quando huc veni, vt videam. M.
axime.
quar hos: nolo me in tẽpore hoc videat ſenex.

Duo trochi tres cretici.
*(Sic) addũt interpretes & ſine illo non conſtat.
*Iamb. trim.
alias (lubet)
† Si addas (morem) in principio, cõſtat verſus: aut ſi pro (optime) legas (opportune) & probabile eſt hoc commiſſum ſcriptoris vitio: nã Donatus non addit (morem.)

ac habitaſſe platea.] *In hoc loco pſona ad cataſtro... machinata, nunc loquitur. Nam hic Crito nihil ar... o debet niſi abſolutionem erroris eius. ſimul ex ver...s, quam grauis, quam modeſtus, quamque iuſtus ſit ...it.* In h...c habitaſſe.] *Non habitare: ſed quia mor... habitaſſe dicit.* Platea.] *Græci* πλατεῖαν *dixerũt, nos plateam dicimus. Secundum formam eiuſmodi, ...ω & Medeam,* σπονδεῖον *& ſpondeum ſcribimus.* ...ſe inhoneſte optauit.] *Optare, eſt vnum de duo... gere. Vergil. Pars optare locum tecto.* Parare hic ...as.] *Animo hæredis dixit parare diuitias.* Potius in patria.] *Primum dolet Crito, quod meretrix ...ryſis, ſecundo progreſſus, queritur quod mortua ... nota: quod tria dixit Crito, contempſiſſe Chryſi... triam, honeſtatem, & paupertatem.* τὸ πρέπον

etiam ſeruatum eſt graui viro, quum illum ſobrinæ pi det. ſimul hic oſtenditur eius generis fuiſſe Chryſidem, quæ probè viuere potuerit: niſi, vt ait, neceſſitas coger Quàm in patria honeſtè.] *αὐτὶ ᾽ᾶν primum.* Poti quàm in patria honeſtè pauper viuere.] *His verbi poeta iam honeſtus inducitur Crito, & dignus cui credi porteat.* Pauper viuere.] *Ad illud reddidit, Sed inop & cognatorum negligentia coacta.* Ea ad me lege red runt bona.] *Hic ius tractauit dicendo, redierunt, quia familiam redeunt: ſi non eſt hæres de prox mo, aut ex ſtamento.* Perconter.] *Interrogatio eſt, cui neceſſario ſpondetur aut etiam, aut non. Percontatio, cui nihil he vt ſi quis dicat, cur adulterium commiſiſti? Simul et modeſtè, & maturè, & de ſe nihil interrogaturus, cœ blandimentis.* Eſt ne hic Crito ſobrinus Chryſid. *Sobrini ſunt conſobrinorum filij: nam ſic dicit Menan verùm vt alij putant, de ſororib. nati. vt ſint ſobrini q ſororini.* Saluus ſis Crito.] *Saluus ſis, aſſeueratio ſ tantis eſt, non quaſi reſponſio.* Itan' Chryſis? hem.] *nunc interrogat, ſed cōmiſeratur: & ita ſequebatur v ceret, periit, ſed magis gemitus ſignificat, quod minus rat.* Nos quidem pol miſeras perdidit.] *Hic inte tur ſupra ſubaudiendum perit: Nam pro periit, hæc ſuis perdidit.* Quid vos? quo pacto hic?] *Progreſſ quentis ad interrogādum, id eſt, Puto inquit, quod ill riit: vos autē quo modo?* Quo pacto hic?] *Significat peregrinantis.* Nos'ne, ſic vt quimus.] *τὸ ſic nudum & eſt ſignificatio languoris cuiuſdā & lentitudinis.* quimus, aiunt, quando vt volumus, nō licet.] *præſentis, & ad præteritæ vitæ excuſationem pertin reſponſio, qua purgatur voluntas Chryſidis in quæſt. retricio. Cecilius in Plocio, Viuas vt poſſis, quando n vt velis.* Quid Glycerium? iam hic ſuos.] *Cōuen. reditatem petenti, conuenit indici futuro, de pluribus dagare. Ergo rectè & ordine quæſiuit, Quid Chryſis vos? quid Glycerium?* Vtinam.] *Nouo genere exop nem pro negatione intulit.* Haud auſpicato huc in puli.] *Id eſt inauſpicatus, quod non eſſet auſpicatu vſitatum veteribus ſic dicere, ſi quid aliquando alite niſſet quàm vellent.* Nunquā huc tetuliſſem ped

l

gil. *Méne efferre pedem, genitor te poſſe relicto Sperа-* :t, *Ferte ſimul Fauniq́ue pedem, Driadéſque puellæ. Sed ici adnotāt alienius eſſe à charactere comico, tetuliſſem m.* Sēper enim eius dicta eſt, atq; habita ſoror.] *veris credendum eſt, aut etiam falſis, quæ tamen inrauerint. Hinc Cic. ita habeantur itaque dicantur. Ha- ergo plus eſt, quam credita.* Semper eius.] *A poſſibili tili.* Nunc me hoſpitem lites ſequi.] *Mire dicit me ἐμφάσει, id eſt, ſenem & remotum à litib. Hoſpitem, id eregrinum. Lites ſequi, id eſt paupertatem. totum per* κσιν. Qui hic mihi ſit facile atque vtile.] *Id eſt diffi- & inutile. & eſt comicum.* Grandiuſcula iam.] *Ad ē ætatis refertur grandis, id eſt, grādis natu eſt. Maior generaliter, & ad sūmā ætatis refertur, & ad cōpara- ætatis pariter poſitū eſt.* Sycophātam.] *Hoc eſt, quū e conueniunt lites.* Sycophantam.] *Bene Sycophātā: i bonam cauſam habet, nihil aliud timet quam conui- it Sycophantam, ſubdiſtingue, & ſic infer ſequentia.* n ipſam deſpoliare nō licet.] *Ab honeſto, & bene, i nihil ſuum habet, niſi Chryſidis.* Antiquū obtinet.] *iquum abſolute dixit, vt æquum, aut bonum, quod qui ſolebant, aut certe per* ἐχ?ει?ν *id eſt morem, & nium.* Duc me ad eam. quando huc veni vt vi- .] *Vel hoc inquit, vt videā, cur autē vt videā? quia ti- & eſt ordo, Duc me ad eā, vt videā, quando huc veni.* eat ſenex.] *Bene ſenex. Simo.n.cū Chremete eſt, ꝑpter videri nō vult, ne eius vtatur apud ſocerū teſtimonio, rē āphilo aduerſ° Glyceriū: & rurſ° nuptiæ cōfirmētur.* al. pauperē.

ACTVS V. SCENA I.

CHREMES. SIMO. Troch. tetra. catalectici.

atis iam, ſatis Simo ſpectata erga te amicitia eſt mea.
s pericli cœpi adire: orandi iam finem face.
m ſtudeo obſequi tibi, penè illuſi vitam filiæ.
nò enim quam maxime abs te poſtulo, atque o-
o Chreme, (probes.
beneficium verbis initum dudum, nunc re com- *(Vide) corripit ſicut (caue.)
.*vide quàm iniquus ſis præ ſtudio, dum efficias
d quod * cupis. (*alias iubes*)

Neque modum benignitatis, neque quid me orε
cogitas.
Nam ſi cogites, remittas iam me onerare iniuriis.
SI. Quibus? CH. ab rogitas? perpuliſti me: vt hom
adoleſcentulo
In alio occupato amore, abhorrenti ab re vxoria,
Filiam darem in ſeditionem, atque incertas nupti
Eius labore, atque eius dolore gnato vt medica
tuo.
Impetraſti: incepi, dū res tulit: nūc nō fert, feras, (
Illā hinc ciuē eſſe aiūt. puer eſt natus. nos miſſos
SI. Per ego te deos oro, vt ne illis animum indu
credere,
Quibus id maxime vtile eſt, illum eſſe quam det
rimum.
Nuptiarū gratia hæc ſunt ficta, atq; incepta omn
Vbi ea cauſa, quamobrem hæc faciunt, erit ade
pta his: deſinent.
CH. Erras. cum Dauo egomet vidi iurgantem an
lam. SI. ſcio. CH. at
Vero voltu, cùm ibi me adeſſe neuter tum præſ
ſerat. m
SI. Credo: & id facturas, Dauos dudum præd
Et neſcio quid tibi sū oblitus hodie, ac volui, dic

SAtis iam ſatis Simo.] *Hæc ſcena officiorum diſce tionem continet patrum, inter ſe de officio amicorum paterna pietate tractātiū.* Satis iā ſatis.] *Hæc veluti q dā cōtrouerſia eſt, nāq; iniuriarū reus fit Simo, cōtra tur per cōiecturā, falſum eſſe q intēdit: quū Pāphilus amet, neque ex eo natus ſit filius: & adhibetur deriu cauſæ, qua dicitur meretricē iſta oīa eſſe molitā ad diſ bandas nuptias.* Satis iā ſatis.] *Bene negaturus filiā, gat prius officiū ſuū de fide promiſſi: & vltro accuſat.* S ctata.] *Probata. vt Ver. ait, K. b. ſpectata iuuentus.* I enim.] *Enim παρελκον eſt figura:* Imò enim quàm ximè abs te poſtulo.] *Renūciare affinitati Chremetē parū adhuc intelligit Simo, aut ſubtiliter diſſimulat: fidem promiſſi hominē compellat.* Initiū.] *Cœptū, ab i do: vnde & initia quoq; dicta* Quod cupis.] *Quod legitur &, quod iubes.* Neq; modū benignitatis, n
q

id me ores, cogitas] *id eſt, non cogitas aut quantum* *enignitate amoris exigendum, aut præſumendum ſit: quod ſit i apoſſibile, quod peius.* Remittas iam. *Re-tas pro mittas.* Perpuliſti me, vt homini adoleſcen-o.] *Hæc eſt tota accuſatio.* Homini adoleſcentulo.] *Salluſt ius, Occultans ſe tugurio mulieris ancillæ.* Filiā larem.] *inuidioſe, non promitterem inquit, ſed darem ntum in te eſt.* Dum res tulit.] *Compoſitum pro ſim-i eſt retulit. & altius quàm decet comicum characterē, um videtur.* Per ego te deos oro.] *Defenſio per cō-uram, & eſt ordo, Per deos oro te ego.* Quibus id ma-le vtile eſt.] *Argumentum à perſona.* Quibus id ma-le vtile eſt.] *A cauſa ratiocinatiua.* Vbi ea cauſa.] *am ob rem hæc faciunt* ἀνακόλουθον. *nam non intulit, uam cauſam: quum ſupra dixerit, ea cauſa, ſed quaſi rit, Vbi ea res: intulit quamobrem hæc faciunt.* Erit a-npta.] *Aut Rem abundat, aut Cauſa.* Vero voltu.] *aſi dixerit Simo, ſimulabat ancilla* Quum ibi me ad-neuter tū præſenſerat.] *Credit. Aut etſi viſus à My-erat, tamen ignorabatur eſſe Chremes, donec diceret us, Hic ille eſt, non te credas Dauum ludere.* Quū ibi adeſſe.] *Tum deeſt, vt ſit integrū, Tum cum.* Dauus dū prædixit mihi.] *Hic oſtenditur, quod vidit calli-Dauus, vt prædiceret futurum ſeni, id quod ipſe erat urus.* Neſcio quid.] *Deeſt propter: vt ſit, propter ne-quid, aut neſcio pro qua re, vt ſit aduerbiale.* Ac vo.] *Ac pro contra quàm.*

ACTVS V. SCENA II.

DAVVS. CHREMES. SIMO. DROMO *ſeruus.*

Nimoiā nūc ocioſo eſſe impero. CH. hē Dauū tibi. — Troch. tetr.
SI. Vnde egreditur? DA. meo præſidio, atq; hoſpi-
is. SI. quid * illud mali eſt? (non vidi. SI. ſcelus, — In(illud)e-liditur l.
. Ego commodiorem hominē, aduentū, tempus,
ēnam hic laudat? DA. omnis res eſt iam in vado.
SI. ceſſo alloqui? (hem Simo, ô noſter Chreme,
. Herus eſt. quid agam? SI. ô ſalue bone vir. DA.
nnia apparata iam ſunt intus. SI. curaſti probe.
. Vbi voles acceſſe. SI. bene ſanè: id enimuero hic
nunc abeſt.

Etiam tu hoc reſpondes: quid iſtuc tibi negoti e
DA. mihíne? SI. ita.
DA. Mihíne? SI. tibi ergo. DA. modo introii. SI. qua
ego, quàm dudum rogem.
DA. Cum tuo gnato vna. SI. ánne eſt intus Pamph
lus? crucior miſer.
Eho, non tu dixti, eſſe inter eos inimicitias carnife
DA. Sunt. SI. cur igitur hic eſt? CH. quid illum cenſe
cum illa litigat.

* Niſi in (vero) elidas u conſonãtem verſus erit iamb. tetrã. catal.

DA. Imò * vero indignum Chreme iam facinus fa
ex me audias. (cauti
Neſcio quis ſenex modo venit, ellum confider
Cum faciem videas, videtur eſſe, quantiuis pretij.
* Triſtis ſeueritas ineſt in vultu, atq; in verbis fid

* In (triſtis) eliditur s. Iamb. tetrã. Troch. iurſum.

* SI. Quidnam apportas? DA. nihil equidem, r
quod illum audiui dicere.
SI. Quid ait tandem? DA. Glycerium ſe ſcire ciu
eſſe Atticam.

Si (hẽ) eſt in verſu, iam eſt tetram. Si annectes verſui præcedẽti, trochaicus eſt tetrã. catalecticus. Duo trochaici tetrametri.

SI. Hem Dromo, Dromo. DR. quid eſt? SI. Dron
DA. audi. SI. verbum ſi addideris. Dromo.
DA. Audi obſecro. DR. Quid vis? SI. ſublimem hu
intro rape, quantum potes. *Iamb. tetram.*
DA. Quem? SI. Dauom. DA. quam ob rem? SI. q
lubet: rape inquam. DA. quid feci? SI. rape.
DA. Si quicquam mentitum inuenies, occidito. SI.
hil audio. ego iam te commotum reddam. DA.
metſi hoc verum eſt. SI. tu tamen
Cura aſſeruandum vinctum, atq; audin'? quad
pedem conſtringito,

Iãb. trimet.

Age nunc. iam ego pol hodie, ſi viuo, tibi
Oſtendam, herum quid ſit pericli fallere, &
Illi patrem. CH. ah ne ſæui tantopere SI. Chreme,
Pietatem gnati nónne te miſeret mei?
Tantum laborem capere ob talem filium?
Age Pamphile, exi Pamphile, ecquid te pudet?

ANimo iã nũc otioſo eſſe impero.] *Hæc ſcena pr cipium indicij, & iracundiam ſenis continet, atq; in vehementer exprimitur cõſuetudo patris, ac domini offe & indignantis:* Animo iã nunc ocioſo.] *Exultans eg ditur Dauus, nuncians prona eſſe omnia ad ſecuritate*

Et otio

ſo,ſecuro : quia negotium ſolicitudo eſt. Impero.] *lo vt ſtatim fiat, tanquam illud quod imperatur. Et o ſuperbe dixit, ſummum enim indicium ſecuritatis erbia.* Vnde egreditur.] *Hic non interrogat : ſed cũ atione, vel magis cum indignatione dicit.* Meo præ- atque hoſpitis,] *Id eſt, Animo iam nunc ocioſo eſſe .* Atq; hoſpitis.] *Scilicet Critonis.* Ego cõmodio- orninem.] *Hic Dauus admiratur, quod in ipſo ar- periculi ſuperuenerit Crito.* Ego commodiorem nem, aduentum, tempus non vidi.] *Poteſt enim modus eſſe quis, & alieno tempore ſuperuenire po- commodum in homine eſt, ſed & opportunus malũ aduentum habere poteſt. nam commodum, in homi- aduentus, in facto eius: tempus in opportunitate fa-* mmodiorem hominem, aduentum, tempus.] *us.* Scelus, quemnam hic laudat.] *Non eſt hic ſo- us: ad ſenſum enim, nõ ad verba reſpexit: etenim pro- nſus verba ſunt : non propter verba ſenſus.* Omnis iam in vado.] *In vado, in ſecuritate, nã vt in pro- periculum eſt: ita in vado ſecuritas eſt. Prouerbiale, o, in tuto.* Quid agam.] *Plus eſt dicere quid a- quàm cogitare de fuga.* Salue bone vir.] *ἀρωνεία eſt, quàm increpatio, quum enim omne genus cri- aliquis ſuperauerit : tunc eluſi, ἀρωνεία lau- r.*

] *interiectio perturbati eſt.* O noſter Chreme.] *No- cendo, latenter ſignificat Glyceriũ filiã Chremetis eſſe am.* Omnia apparata iã ſunt.] *Quia infecta ſunt atis,* Curaſti probe.] *Probe, memoriter vt ſolet: ſu- im dixerat ſenex, Imo abi intro, ibi me operire: & q opus eſt, para.* Vbi voles accerſe.] *Vbi, pro quan- eſt enim loci, ſed temporis aduerbium.* Bene ſane.] *, quia qui ſanus eſt, idem & validus.* Abeſt.] *Pro* Etiam tu hoc reſpondes.] *Deeſt an non.* Etiã tu eſpondes?] *Etiam, aut hortatio eſt, aut coniunctio. e quanta dixerit, & quid, & iſtic, & tibi.* Mihine?] *do non ſumus parati ad reſpondendum, ducen- npus, eludimus.* Mihine?] *Apparet ita turbari m modo conſilio poetæ, vt omnes amittat fallacias: preſſus prodat Pamphilum, dum malum comi-*

n is perhorreſcit: totumque hoc ex argumento eſt. vn nim iam poeta cataſtrophen fieri. Modo introij.] *Ho gnum, perturbatum induci ob conſcientiam Dauum.* tuo gnato vna.] *Serui excuſatio, filij accuſatio eſt, & quaſi à perturbato dicitur ſeruo: ſed conſilio poetæ, ad tum feſtinantis, & reſolutionem fabulæ.* Anne eſt i Pamphilus?] *Cauſa iræ vehementior inuenta eſt.* Su *Nulla ratione dicit ſunt: ſed ne nihil reſpondeat. nam b tus eſt, vtpote oppreſſus.* Quid illum?] *Deeſt propt ſit, propter quid illum eſſe cenſes* Cum illa litigat.] *(mi conuenit hic ſermo: hic enim irridet: qui & ſupra Amantium iræ, amoris redintegratio eſt. & ſic hoc dic alibi, Credo vt fit, miſera præ amore excluſit hunc ſ* Cum illa litigat.] *Irridet Simonem Chremes, quia rat, Iræ ſunt inter Glycerium & gnatum.* Imo ver dignum Chremes.] *Bene ad eum loquitur, qui eſt ptus deterrēdus: vel qui nō interturbet orationē ſuan quē etiā ſibi præcatorē deſtinet, ita loquitur, quaſi h cauſa, cur ſit Pāphilus ingreſſus, quod quaſi i lis int tur à Critone hoſpite, ducendæ vxoris, quā ciuē Attic ciauerit.* Neſcio quis ſenex modo venit.] *Bene quis, etenim ſi notus eſſet, videretur gratificari, id eſt tioſus eſſe teſtis, & minus verus.* Ellū.] *Veteres qui illum dicimus, vel ellum, vel ollum dicebant. qu ellum, quidam, ecce illum, vel intelligi, tanqua ipſo domum Glycerij oſtendat Dauus, dicens, E quaſi en illū, eſt enim, vt alij volunt, Pronomē, vt ali uerbiū demoſtrantis: nam pronomen huiuſmodi vete proferebāt, ille, ellus, ollus: ſed, vt diximus aduerbiū tū ex pronomine videri poteſt: vt ſit en, vel ecce illū.* dens]. *Confidentē, pro conſtanti, nō mala ſignificatio ſuit.* Catus.] *Callidus, doctus, ardens, παρὰ τὸ καίειν Cato dictus: ingeniorum etenim igneus vigor eſſe vi* Quantiuis precij.] *Ad magnitudinem refertur q uis, non ad paruitatē precij. Et totū oratorie, ſcite en quutus eſt. Sed intereſt inter quāuis & quātiuis. n rum contemptionis, alterum laudis.* Triſtis.] *Ad la interdum ſumitur, non amaritudinē, triſtis, Cicero, triſtis & integer.* Glycerium ſe ſcire ciuem eſſe ſam.] *Bene conſtanter ad ea quæ loquutus eſt, ſcire*

no Dromo.] *Commotus ira & dolore nihil dixit, uod lorarium repetēdo ſæpius vocat.* Verbum ſi ad-is.] *Bene quia omnia præſente ſocero contra nuptias tur.* Audi obſecro.] *Plerunq; à verberandis * vel gentia loquitur vel mora.* Sublimē.] *id eſt, in ſubper altum.* Quantum potes.] *Hoc eſt, celerrime, egniores ſe oſtendunt ſerui ad puniendos collibertos: t mora veniam captantes indignātium dominorum.* lubet.] *Hoc ſenſu & ſupra dictum eſt, Aut ſi libiuerit, cauſam ceperit quo iure, quaq; iniuria.* Quia.] *Dauo dicit.* Rape inquam.] *Hoc Dromoni.* Si quam inuenies mentitum, occidito.] *Hic plus Vbi enim verbera, ſupra dixit: nunc occidito.* Comm.] *Citum, celerem.* Quadrupedem.] *Vtrum ligaenus ſic dicitur, quadrupedes; an quadrupedem vt? an quadrupedem, id eſt, cum pedibus & manibus? adrupedem pro ſeruo, ac fugitiuo poſuit? Sic Vergil. is at quadrupedes nota intra tecta refugit.* Conito.] *Mire, ne quid fiat tragicum in Comœdia vſque cula ita progreditur, nec quicquam tentat vlterius,* o.] *Qui certa minari volunt, incertam faciūt vitam* Herum quid ſit pericli.] *Herum, & patrem cum i pronunciatione dixit. Et alibi, Nam qui mentiri, llere inſuerit patrem, audebit: tanto magis audebit* s Ne ſæui tantopere.] *Ne imperatiuo mag.. quam ictiuo adiungitur: vt Verg. Ne ſæui magna ſacerdos.* :em gnati.] *ἔκλειψις, deeſt enim vides, aut quid taἀσωτεία: pro impietate. Et vide inuidiam quaſi parm accuſantis: non enim pudorem dixit, ſed pietatem.* im laborem capere.] *σύλληψις. aſſumendum eſt xtrinſecus Me.*

ACTVS V. SCENA III.

AMPHILVS. SIMO. CHREMES. Iāb. trimetri

'is me volt? perij, pater eſt. SI. quid ais omnium? CH. ah,
potius ipſam dic, ac mitte male loqui.
Quaſi quicquā in hunc iam grauius dici poſſit.
andem? ciuis Glycerium eſt? PA. ita prædicant.
prædicantio ingentem confidentiam.

Num

*il. (pulet.) Num cogitat quid dicat? num facti *piget?
*(co)corripitur. Vide num eius * color pudoris ſignum vſquam dicat?
Adeón impotenti eſſe animo, vt præter ciuium
Morem atque legem, & ſui voluntatem patris,
Tamen hanc habere ſtudeat cum ſummo probr
PA. me miſerum. SI. modóne id demum ſe
Pamphile?
Olim iſtuc, olim, cum ita animum induxti tuun
Quod cuperes, aliquo pacto efficiundum tibi,
Eodem die iſtuc verbum vere in te accidit.
Sed quid ago? cur me excrucio? cur me macero?
Cur meam ſenectutem huius ſollicito amentia:
Vt pro huius peccatis ego ſupplicium ſufferam
Imò habeat: valeat: viuat cum illa. PAM. mi pat
SI. quid mi pater? quaſi tu huius indigeas patri
Domus, vxor, liberi, inuenti inuito patre.
Adducti qui illam ciuem hinc dicant: viceris.
PA. Pater, licétne pauca? SI. quid dices mihi? C
Tamen Simo audi. SI. ego audiam? quid eg
diam
Chreme? CH. at tamen dicat ſine. SI. age dicat:
Troch. tetra. PA. Ego me amare hanc, fateor: ſi id peccare e
teor id quoque.
Tibi pater me dedo, quiduis oneris impone, i
*(Hãc) ſuper eſt niſi legas vxorem hãc. Vis me vxorem ducere? hanc vis amittere? vt
ro feram.
Hoc modo te obſecro, vt ne credas à me alleg
hunc ſenem,
Siñe me expurgem, atq; illum huc coram addu
SI. adducas? PA. ſine pater.
CH. Aequum poſtulat, da veniam. PA. ſine t
exorem. SI. ſino. (Ch
Quiduis cupio, dum ne ab hoc me falli comp
CH. Pro peccato magno paulum ſupplicij ſa
patri.

QVis me volt? perij.] *Hic accuſatio eſt, quæ ſo defenſione, in eo quod ad amorem pertinet. per c ſionem: in eo quod ad Critonis perſonam, per conieƐt*
Quid ais omnium] *ἀπὸ κοινοῦ tertia: & eſt ad*

nem perſonæ. Et *eſt irati, familiaris* ἀποσιώπησις, *pro dignitate peccati nō inueniat conuitium.* Quid *Non interrogantis, ſed inuehentis, & eſt* ἔκλειψις *significans, in eo quod ait omnium.* Quaſi quic- in hunc iam grauius dici poſſit.] *Quàm quod quàm quod peccauit.* Ain' tandem?] *Quærit Probus æ pars orationis ſit, & an vna ſit: eſt autem ain' qua- e. Et mire, quaſi ipſe dicat, quod Dauus dixerit. Ergo rcontatiuum verbum eſt.* Tandem.] *Pro tamen.* icat.] *Artificioſe pro dicunt poſuit. adeo in hac re ve- iter commotus ſenex hoc ipſum repetit, Ita prædicans, acundiam. Et ita eſt* ἐν ἤθει, *vt repetantur verba, in us arguitur impudentia.* O ingentem confiden-] *Et confidentia modo pro audacia eſt cum improbi- vt in Phormione: Homo confidens. Aliter hic ſupra ens pro conſtanti, & graui. Ergo confidentia inter- n bona ſignificatione, interdum in mala ponitur: ſed a ſemper in bona.* Num cogitat quid dicat? num piget?] *Amens eſt qui neſciat quid dicat. amentior, non pœniteat facti ſui.* Num cogitat quid dicat?] *iniuriarum ſe alligat.* Num facti piget.] *Quia di- edicant: non dicunt, & vt ſolent iraſcentes, auertit o- em à ſecunda ad tertiam perſonam: ab ea cum qua batur ad aliam.* Num eius color pudoris ſignum m indicat?] *Signum, eſt parua quædā ſignificatio, us totius rei qualitatem.* Num eius color pudoris m vſquam indicat?] *Paterno animo dicit. Namq; tis velle erubeſcere filios, pudenteſq; eſſe, familiare contrarium eſt, Erubuit, ſalua res eſt. Hoc ergo di- timet inquit: nec eum pœnitet, nec pudet.* Præter ci- morem.] *Præter, cōtra nunc ſignificat.* Impoten- *imis potenti, vel certe, debili & deuincto.* Ciuium m, atque legem & ſui voluntatem patris.] *Tria ota ſunt, mos, lex, imperium patris.* Tamen.] *Quum xerit quamuis, ſubiecit ta nen: & figura eſt* ἀνακό- Me miſerum.] *Initium defenſionis, & deploratio itatis & miſeriæ, quia in amorem culpam remouet à tate ſua, quum pater, quod amat filius, vitium men- at eſſe, non impulſum dei.* Modo ne id demum Pamphile?] *Comprobatione oſtendit eum eſſe mi-*

ſerum.

ſſis humeris eſſe, vincto pectore, vt graciles it.
i eſt habitior paulò, pugilem eſſe aiunt: dedut cibum,
tſi bona eſt natura, reddunt curatura iuns.
:rgo amantur. PAR. quid tua iſtæc? CH. noua ıra oris. PAR. papæ.
olor verus, corpus ſolidū, & ſucci plenū. PA. i? CH. anni ſexdecim.
los ipſe. CH. hanc tu mihi vel vi, vel clàm, vel :ario Senarij catalect. vterque.
das: mea nihil refert, dum potiar modo.
uid? virgo cuia eſt? CH. neſcio Hercle. PA. vnſt? CH. tantundem. PA. vbi habitat? Iāb. tetram. catal.
: id quidem. PA. vbi vidiſti? CH In via. CH. qua ne amiſti? CH. id equidem Iamb. trimet.
iens mecum ſtomachabar modo: neq;
uā ego hominē eſſe arbitror, cui magis bonę ites omnes aduerſæ ſient.
uid hoc eſt ſceleris? CH. perij. PA. Quid factū CH. rogas?
:ognatum, atque æqualem, Archidemidem ? PAR. quid ni? CH. is, dum ſequor hanc, fit obuiam.
icommode Hercle. CH. imò * enimuero inter: elide ..
icommoda alia ſunt dicenda, Parmeno.
quet mihi deierare his menſibus

* vel, ſupereſt in verſu.

Sex * vel ſeptem prorſum non vidiſſe proximis:
Niſi nunc cùm minimè vellem, minimeq; opus
Eho nónne hoc monſtri ſimile eſt? quid ais? P. ximè.
CH. Continuo currit ad me quàm longè quide
Incuruus, tremulus, labiis demiſſis, gemens.
Heus heus, tibi dico Chærea, inquit: reſtiti.
Scin' quid ego te volebam? dic: cras eſt mihi
Iudicium. quid tum? vt diligenter nuncies
Patri, aduocatus mane mihi eſſe vt meminerit.
Dum hæc * dicit, abiit hora: rogo nunquid veli
Rectè inquit. abeo: cum huc reſpicio ad virgin
Illa ſeſe interea commodùm huc aduorterat
In noſtram * hanc plateam. PA. mirum ni hanc modo (la
Huic quæ data eſt dono. CH. huc cum aduenio
PAR. Comites ſecuti ſcilicet ſunt virginem?
CH. Verùm paraſitus cũ ancilla. PA. ipſa eſt ſci
Deſine, iam conclamatum eſt. CH. alias res ag
PA. Iſtuc ago quidem. CH. noſtin' quæ ſit? di hi: aut
Vidiſtin'? PAR. vidi, noui: ſcio quò abducta ſit
CH. * O Parmeno mi, noſtin'? PA. noui. CH. vbi ſiet?
PAR. Huc deducta eſt ad Thaidem meretrice dono data eſt.
CH. Quis is eſt tam potens cum tanto munere PA. miles Thraſo,
Phædriæ riualis. CH. duras fratris partes præd
PAR. Imò enim ſi ſcias quod donũ huic dono trà compáret,
Tum magis id dicas. CH. quodnam quæſo H PAR. Eunuchum. CH. illúmne obſecro,
Inhoneſtam hominem, quem mercatus eſt he nem, mulierem?
PAR. Iſtuc ipſum. CH. homo quatietur certè c no foras. (di
Sed iſtam Thaidẽ non ſciui nobis vicinã. PA.
CH. Perij, nunquam me etiámne illam vidiſſe? dum dic mihi:

*al. loquuntur.

* Hãc, redundat in metro.

* al. eho.

Troch. tetr. catal.

e, vt fertur, forma? PAR. ſanè. CH. at nihil ad no-
am hanc. PAR. alia res eſt.
Obſecro Hercle Parmeno, fac vt potiar. PAR. fa-
im ſedulò: ac
o operam, adiuuabo. nunquid me aliud vis?
H. quo nunc is? PA. domum,
ancipia hæc, ita vt iuſſit frater, deducam ad
aidem.
O fortunatum iſtum Eunuchum, qui quidem in
nc detur domum.
Quid ita? CH. rogitas? ſumma forma ſemper
nſeruam domi
bit, colloquetur, aderit vnà in vnis ædibus. Iamb. tetrā.
m nonnunquam capiet cum ea, interdum pro-
r dormiet. (Parmeno?
Quid ſi nunc tute fortunatus fias? CH. quare
onde. PAR. capias tu illius veſtem. CH. veſtem?
id tum poſtea?
Pro illo te deducam. CH. audio. PAR. te eſſe il-
n dicam. CH. intelligo.
Tu illis fruare commodis, quibus tu illum di-
as modo.
n vnà capias, adſis, tangas, ludas, propter
mias:
doquidem illarum neque quiſquam te nouit,
jue ſcit qui ſies.
rea forma, ætas ipſa eſt, facile vt te pro Eunu-
probes. (lium dari. Troch. tetrā.
Dixti pulchrè: nunquam vidi melius conſi-
amus intrò: nunc iam orna me: abduc, duc,
ntum potes.
uid ais? iocabar equidem. CH. garris. PA. pe-
uid ego egi miſer?
rudis? perculeris iam tu me? tibi equidem
o, mane.
amus. PA pergin'? CH. certum eſt. PAR. vide
imium callidum hoc ſit modo.
on eſt profectò, ſine. PA. at enim iſtæc in me
etur faba: ah mum meretriciam
ium facimus. CH. an id flagitium eſt, ſi in do-

Deducar: & illis crucibus, quæ nos noſtramq; a
leſcentiam

* Si legas deſpectā, cōſtat verſus.

Habent * deſpicatam, & quæ nos ſemper omni
cruciant modis,

Nunc referam gratiam, atq; eas itidem fallam, v
illis fallimur?

An potius hæc pati? æquum eſt fieri, vt à me lud
dolis.

Quod qui reſcierint, culpent: illud meritò fa
omnes putent.

PA. Quid iſtuc? ſi certum eſt facere, facias. Verù
poſt conferas

Culpam in me. CH. non faciam. PA. iubéſne? CH
beo, cogo, atq; impero.

PA. Nunquam defugiam authoritatem tuam
quere. CH. Di vortant bene.

OCcidi.] *In hac ſcena nouus amor adhuc epheb
conſilium demonſtrandæ virginis demonſtratur:
virtute poetæ comici, vt hoc commentum non quæſi
ſed occurriſſe ſua ſponte videatur.* Occidi, neque
eſt vſquam.] *Non habuit quid dicere debeat aliud
rans & circumſpiciens, niſi occidi.* Occidi.] *Prod
diam ſyllabam verbi huius, & contrarium ſignifica*
que ego, qui illam è conſpectu amiſi meo.] *A
riè, dum illam non inuenit, & ſe perdidit.* Vbi quæ
Hoc circumſpectantis eſt.

Vbi inueſtigem?] *Plus intulit.* Quem perco
*Hoc tertium plus intulit, nam vbi nec veſtigia rep
tur, ſupereſt interrogatio.*

Quam inſiſtam viam?] *Si nec qui interrogetur
ret.* Quam inſiſtam viam?] *Et qua via legitur.* V
eſt, diu celari non poteſt.] *Ob nimiā ſcilicet form
tiam.* O faciem pulchram.] *Faciem modo non par
poris dicit, ſed totā ſpeciē, quæ apparet, & cernitur.
Quibus aſpera quondam Viſa maris facies.* Deleo o
dehinc ex animo mulieres.] *πρὸς τὸ πιθανὸν arg
catus eſt, vt oſtenderet hunc grandē iā ephebū etiā
expertē nō fuiſſe. Sic & alibi, Cū me ipsū noris, qu
formarū ſpectator ſiē, In hac cōmotus sū.* Quotidia
Hoc eſt leuiū, & vſitatarū, eſt quippe huic cōtrariū,

*ra oris.Papæ.*Ecce autem alterum.] *Sic dicimus, cũ ter alterum de altero venit in mentẽ.* Neſcio quid de ꝛre loquitur.] *Vt iamdudum Phædria loquebatur.* ıfortunatum ſenem.] *Hoc dictum praſtruxit ad e- m fabulæ, ad Cataſtrophẽ. Nam perturbatus ad Thai- ingreditur hic ſenex per fallaciam Pythiæ, & indiciũ nenonis, atque ita firmabuntur nuptiæ virginis, quã t Chærea.*Hic vero eſt.]*Virum ſenex, an Chærea? ſed c potius, Hic vero eſt ſenex.* Qui.]*ſcilicet Chærea.* Præ ıius rabies quæ dabit.]*Præ ex comparatione ſigni- ergo propriè, & eſt integra locutio: & ordo eſt: præ vt unt, quæ huius rabies dabit. Et bene Dabit, quaſi de olenta: vt, Dabit ille ruinam Arboribus.* Prę vt huius es quæ dabit.] *Hic ex parte characteris quidem eſt næ Chæreæ, quem moribus conijcit ſeruus ardentiorẽ norem ferri poſſe ſimul ac cœperit.* Præ vt huius ra- quæ dabit.] *Et hic oſtenditur iampridem motum in enereas Chæream: & magna poetæ cura eſt, ne incre- le videatur, adoleſcentulum qui pro Eunucho deduci erit, tam expedite virginem vitiaſſe: quocirca artifex nus, quod ætati non poteſt, naturæ attribuit Chæreæ: llidior ingenio, & ante annos amator, non libidinẽ in ſed quandam rabiem deſignauerit in venereos appeti-* Vt illum.]*Pro vtinam.* Dij deæq; ſenium perdãt.] *dixit ſeniũ, quam ſenem. Nec mireris poſt ſeniũ, qui, tum: ideo quia declinationem ad intellectum retulit. ibi, in Eunuchum ſuam, & ſenex, ad ætatem refertur: ım, ad conuitiũ, ſic Lucil. ait, At quidẽ te ſeniũ atque lſe ſophiſta.* Remoratus eſt.] *A remora piſciculo, qui ςενὴς vocatur. Remoratio & remoratus dicitur.* Tum : qui illũ.]*Tũ autẽ, pro Et. Duas vultn. cauſas eſſe, cur ũ dij perdant, vnã, quod reſtiterit: alterã, quod ſenem eritus diu remanſerit à perſequenda virgine. Et nota ifecerim, & contemnere, & non contẽnere ſignificare: unc, Qui illũ floccifecerim, deeſt Vel: vt ſit, Vel floccife- m.* Quid tu es triſtis: quidve es alacris?] *Prouer- e eſt in hominem perturbatum & incerti vultus. Aut s es, nam alacris,* l *litera pro* d *poſita, non triſtis, id* ἰθαχρὺς *intelligitur.* Quidve es alacris?] *Et ala- & alacris dicitur, vt habes apud Vergilium: Ergo*

alacris, cunctoſque putans excedere pugna. Quid ue lacris?] *Alacritas eſt mutatio quædam vultus geſtien ſpem aliquam.* Vnde is?] *Modo ad quid venis ſigni ſed Eo. de loco ad locum veteres dicebāt: quod mox in iectis probabitur.* Quorſū eā?] *Bene, quia proxime rat, Vbi quærā? vbi inueſtigē? quē percōter? quam in viam? incertus ſum.* Quorſum eam?] *Hinc, vt dixi manifeſtum eſt ire & aduentum ſignificare.* Ita pro oblitus ſum mei.] *Huic contrarium, Dum memo mei. Ergo oblitus mei, inſanus.* Ita prorſus ſum ob mei.] *Prorſus, recta, id eſt, omnino: nam prorſum, eſt verſum, id eſt, ante verſum, hinc & proſa oratio, q non inflexit cantilena.* Hem.] *Si cum h, Parmeno: ſi ter, Chærea.* Oſtendes qui vir ſies.] *Non ſi vir ſie qui vir ſies: quod eſt ἐμφατικώτερον ſi quæſiſſet quiden vir ſies. An debeat præſtare qui virum ſe ſic monſt rus eſt? Et vir modo, non ad ſexum, nec ad ætatem dic ſed ad laudem.*

Qui vir ſies.] *In veteribus inuenitur.* Sæpe p citum eſſe.] *Pollicitum, quod promittentem vltro ſ fiat, dixit. & ſæpe pollicitum ſe, an neceſſe ſit præſtare qui promiſerit?* Chærea aliquid inueni] *Induxit ſιν pragmatice, more ſuo: non contentus dicere quid p tus ſit tantum, ſed quo modo etiam, & quibus verbis.* do, quod ames.] *Tantummodo, quaſi hæc mora ſit miſſis complendis.* In ea re vtilitatem ego facia cognoſcas meam.] *An poſſit, qui poſſe ſe affirm plus eſt probaſſe quod promiſerit, quam oſtendere poſſit.* Cum in cellulam.] *Sic dicit anus * quæ & ac rit beneficium.* Patris penum omne.] *Ipſum pen non ex eo aliquid ὑπερβολικῶς. Et hoc penu, & hic p & hæc penus, veteres dixerunt. Ergo & omnem & legitur.* Congerebam clanculum.] λάτρα ἤκρυφα. inepte.] *Qui dubitas de promiſſis, an qui exprob multa eſſe largitum?* Hoc hercle factum eſt.] *In quod amem. hoc quod dicebas, inquit, moræ eſſe, ian ctum eſt, amo.* Promiſſa appareant.] *Vtilitatem v gnoſcam tuam.* Siue adeo digna eſt.] *Si perſona Pa nonis eſt, Siue abundat, & pro expletiua coniunct modo eſt. in quibuſdam omnino non legitur. Adeo au*

abu

at, aut Nimis ſignificat, vel ſatis. Si Chærea dicit, hic
ſenſus eſt, Fac ſi vis nunc, ſiue adeo digna res eſt v-
ernos intendas tuos vt promiſſa appareant. vt ſit,
, & addatur Vt, quod deeſt, Fac vt promiſſa appa-
Vbi tu neruos intendas tuos.] Vtrum obſcœne
ſeruus? an μεταφορικῶς, vbi laborare ac periclitari
? ſed melius legunt qui hoc totum ad perſonam ap-
Chæreæ: & melius quam qui Parmenonem hoc pu-
qui, ſiue adeo digna res eſt vbi neruos intẽdas tuos.
ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum.] Ciuium
id eſt, terræ ac patriæ noſtræ. vt Verg. Non eadem
us pendet vindemia noſtris. & Salluſt. Noſtri fœda
as matres ſtudent.] Hoc verbo oſtendit cultum
iæ, non pulchritudinem naturalem. Demiſſis hu-
eſſe.] Antiqui enim Græci etiam virginibus ſuis
ant palæſtram ad componenda corpora. Vel demiſſis
s eſſe, liquide & molliter deductis, neque extanti-
in modum. Vincto pectore.] Caſtigato ac tenui,
t vincto. deeſt ergo velut. Vt graciles ſient.] A
ri gracilis venit hæc declinatio. Demiſſis humeris
ncto pectore.] Non accipiendum eſt quaſi hoc
d hoc illas ſtudent matres demiſſis humeris eſſe &
ectore, vt graciles ſient: quaſi hæc duo propter
illud fiant; ſed variè tria dixit, ne diceret * aut
illas demiſſis humeris, & vinctum pectus, vt gra-
nt.
ua eſt habitior.] Vnde & habitudo dicitur. vt,
bitudo eſt corporis? nam habilior, aptior intelligi-
, Namque humeris de more habilem ſuſpenderat
ergo habitior legendum eſt. Pugilem eſſe aiunt.]
virginem. Deducunt cibum.] Mirè vituperauit
, quam accurauerit fames, & propriè deducunt.
ſi bona eſt natura.] Bona, i. plena, magna & pin-
ddunt.] Exhibent, perficiunt. Curatura.] Cura
ſt: Curatio, medicinæ: Curatura diligentiæ. Iun-
tenues & pallidas. Itaque ergo amantur.] Ita-
uit, nemo illas amat, εἰρωνεία eſt. aut verè aman-
o magis hæc amanda ſit, quæ naturæ beneficio, nõ
mptibus, aut induſtria eſt pulchra. Itaque er-
antur.] Atque ita fit vt amentur: non naturæ

merito,ſed induſtria. Quid tua iſthæc?] *Recte:ſi en dicet, At nihil ad noſtram hanc.* Noua figura oris. *dis genus eſt Noua:quia dixerat, Tædet quotidia barum formarũ.* Quid tua iſthæc?] *Deeſt,qualis*

Papæ.] *Interiectio mira ſubitò accipientis.* Co rus.] *Quia non de cura eſt,ac de fuco,id eſt,natura fucatus.* Corpus ſolidum.] *Quia non vitiatum.* plenum.] *Quia nemo deduxit cibum, nam ſuccus mor in corpore,quo abundant bene valentes. Ver. cus pecori,& lac ſubducitur agnis. Succus propri ſugus, quem ſibi ex alimentis membra ſugunt, vi pleant.* Corpus ſolidum.] *Plenum, & forte, id e flaccidum.* Succi plenum.] *Succus eſt interior pi membrorum.* Anni ſexdecim.] *Vide quemadmo tatem virginis maturæ poeta ex occaſione demonſtr* Hanc tu mihi vel vi,vel clàm, vel precario.] *I ſunt quibus non ritè res agitur, Vel vi, vel clàm, cario. Sine precij mentione, vel quia virgo,non m vel quia nulla ephebo ſpes eſt fallendi ſenis.* Hanc hi,vel vi,vel clàm,vel precario fac tradas.] *Sec ius loquutus eſt. nam his tribus mala fide aliquid tur, vi, clàm, precario. Vi,quia virgo:clàm,quia cuſ precario,quia preciũ non habet Chærea.* Mea nihi dũ potiar modo.] *Non hoc perſonæ attribuendi affectui. Non enim quia Chærea eſt,ſed quia amatc ſe cupit facere quemadmodum potiatur.* Quid erg eſt?] *Vtrum ſerua, an filia?* Ne id quidem.] *Pulc rietas, Neſcio, Tantundem, Ne id quidem.* Qua amiſti?] *Figura συγκοπὴ pro amiſiſti.*

Qua ratione amiſti?] *Si non remanſiſſet Cha conſequutus virginem vidiſſet quo deducta eſſe. quàm Parmenonem conueniret:non ita procederet vt nunc procedit: irruiſſet enim in cognitionem m importunè Chærea, nec pro Eunucho adduceret. vius.* Id quidem.] *Deeſt ob, aut propter, vt ſit, ol propter id.* Mecum ſtomachabar.] *Bene mecu acriorem dolorem ſuſtinet, qui ipſe ſibi iraſci cogit cum ergo,pro apud me, vel mihi.* Hominem eſ tror. *Deeſt, quam me.* Felicitates.] *Felicitas adu cum ex proſperitate,quod lædat,naſcitur.*

agis bonæ felicitates.] *Bonæ, magnæ, nouæ. Di-*
:m magnas felicitates ſibi aduerſari, eo quod virgi-
ntæ pulchritudinis ex oculis amiſerit. nam vidiſſe
'icitatis indicat: ſed amiſiſſe, aduerſæ felicitatis. &
onæ dixit, vel magnæ, vel nimiæ intelliguntur, vel
, eſt proprium & perpetuum felicitatum. Bonæ
ites.] *ἔμφασις eſt, eo quod felicitates pluraliter*
iit. ἐπίθετα autem tribus de cauſis nominibus ad-
', diſcretionis, proprietatis, ornatus. Diſcretionis:
ygiæ molimur montibus Idæ. Proprietatis: vt, Ter-
npetum fera & dentibus acris. Ornatus: vt, Alma
Phrygij genuit Simoëntis ad vndam. Quid hoc eſt
ś?] Propter hoc quod patior, inquit: nunc enim ſce-
t à ſene commiſſum. Archidemidem noſtin'?]
pronunciandum eſt, vt appareat ex ipſo nomine ſta-
oſum neſcio quē occurriſſe, ac permoleſtum. Quid-
rreptio eſt, ab ſe manifeſta inquirentis. eſt enim ſen-
id niſi? aut cur non nouerim? eſt enim quid ni, aut
ſi, aut cur non? quia veteres ni pro ne ponebant: &
ron. vt Plaut. Ni ſtulta ſis, pro ne. & ne vult, pro
lt. Imò enimuerò infeliciter.] *Bene hoc interpo-*
od incredibile eſt tardiorem futurum amatorem in-
rginis. Nam incommoda alia ſunt dicenda.]
inora ſunt ſcilicet, aut ſimilia. Illum liquet mihi
re.] *Liquidum eſt, conſtans, & manifeſtum, & cer-*
iquet, pro liquidum eſt, vt claudit, pro clauſum eſt,
d Salluſt. Nihil ſocordia claudebat. Et eſt liquet ver-
iris, quo vtebantur iudices, cum amplius pronun-
t, obſcuritate commoti cauſæ magis quam negotij
itate. Deierare, valde iurare, vt demiror, & deamo
, ſi De producta legeris, ſi correpta, deos iurare in-
ur. Prorſum non vidiſſe proximis.] *Quia non*
dixit, Proximis, præteritis intelligimus. Proxima e-
obis aut præterita aut futura ſunt. Nam præſentia
, in quibus nunc ſumus. Niſi nunc quum mini-
llem.] *Quia ſemper nolui, ideo nunc minimè, vt-*
iolescens ſenem. Quàm longe quidem.] *Bene lon-*
it, quia à longè non potuit dicere. an ſubauditur E-
ſit, Quàm longè erat? Minimeque opus fuit.] *Sæpe*
nolumus tantum: nunc etiam opus non eſt. Incur-
uus, tre-

uus, tremulus, labiis demiſſis, gemens.] *Vt o ſtendat in contrarium ſibi verſa eſſe, etiam curſu bu:t ſeni. Labra ſunt ſuperiora: Labia inferiora. La norum propriè dicuntur. Gemens autem, ob con tuſſim. Sic Lucilius, Ante fores autem, & triclini quidam perditus Tyreſia tuſſi grandæuus gemebat uus, valde curuus. Sic Vergilius, Turnus vt infra uerſo marte Latinos Defeciſſe videt. Infractos enim fractos ſignificat. nam In præpoſitio nunc auget, m nuit dictionem. Rectè etiam deformitatem deſcrib qui præter ætatem poſt pulchram virginem fœdior tur. Et quam importune omnia? pro puella, ſenex o pro virgine incuruus tremulus: pro pulchra, labiis ſis, gemens. & cum amator ſit, inaniter adoleſcenti dicium loquitur: dum feſtinandum ſit, remoratur.* demiſſis.] *Maiora labra, vnde labiones. Alij lab riora, & labra ſuperiora.* Heus heus tibi dicc rea.] *Tibi dico Chærea, non adderet, niſi videret C diſſimulantem præterire.* Inquit.] *Aliter, inquit, p ciandum eſt, hoc eſt concitate. nam ſenis verba alite renda ſunt.* Scin' quid ego te volebam?] *Hic oſte dioſa tarditas ſenis apud feſtinantem Chæream: n dicit, ſed promittit ſe dicturum.* Vt diligenter nu *Diligenter, nihil tam abundanter, nihil tam mora ci potuit.* Cras eſt mihi iudicium.] *Huic moræ e lud additum, quod cum debeat dicere quid velit, p cit quod non eſt neceſſarium, quare velit.* Eſſe vt nerit.] *Non, vt ſit: ſed, vt eſſe meminerit, O pro* Dum hæc dicit.] *Dat tempus verbis: quæ non quamuis imitaretur exprimere.* Rogo nunquid *Hoc eſt, ſignifico me abire: nam abituri, ne id durè fa nunquid vis, dicebant his quibuſcum conſtitiſſent eſt ergo, rogo nunquid velit? hoc eſt, dico quod abeu lent.* Rectè inquit.] *Pro eo quod eſt nihil: & m τῷ ἀττικισμῷ.* Cum huc reſpicio.] *In hanc parte cet, qua meretrix habitabat.* †Commodum.] *T quod, vel ipſo eodemque tempore.* Commodum. *Et hoc ſignificat: vt ſi dicas, eodem tempore quo hoc tur. Nam interea, nunc coniunctio accipienda eſt: no lias, pro aduerbio ponitur.* In hanc noſtram plat

al. Interea commodū.

uia vicina eſt illis Thais, ad quam deducitur. Nul-
.] *Etenim ingreſſa iã fuerat.* Comites ſecuti ſci-
rginem?] *Interrogatiue quidem; ſed ſic vt ſcire*
ir id quod quærit, ſed ad hoc quærere, vt quod ſcit
et. Verum paraſitus.] *Verum, modo inceptiua*
relatiua particula: vt in Andria, Verum vidi Can-
ſuffarcinatam. Iam conclamatum eſt.] *Tranſ-*
tc finitum, vt conclamata corpora nihil reliqui iam
ad vitæ officia. Conclamatum eſt.] *Manifeſtum*
t, ipſam idem eſſe, vel pulchram eſſe. quia & ipſe*
, Hæc ſuperat ipſam Thaidem. vt in conclamatis
us nulla duratio eſt doloris & luctus. Vnde Luca-
Corpora nondum conclamata iacent. Aut concla-
ſatis deploratum, ſatiſque vociferatum eſt: quia
, O infortunatum ſenem: ſi & hic amare cœperit:
m dicat, Iam occiſum patrem tandem ſcimus, iam-
mus. Alias res agis.] *Rectè, quia dixit ille, Iam*
tum eſt. Alias res agis.] *Aut non attendis ad id*
o ſignificat, vt nulla ſit in eo attentio: Aut nuga-
s agis, hoc eſt, iocaris. nam hinc natum eſt, agite a-
uaſi dicat, vanas res agis. Scio quò abducta ſit.]
it quam interrogabatur: credo tædio interrogan-
properat, vt dicturus eſt, ad deducendum Eunu-
d Thaidem cum ancilla ex Aethiopia. Scio quò
a ſit.] *Secunda* ἀποσιώπησις. Eho Parmeno mi
& ſcis vbi ſiet?] *Amatorie ſatis repetuntur quæ*
cta ſuffecerant. Huc deducta eſt ad meretri-
t hoc confundit ſemel cũ aceruatim dicit, velut o-
rogantis ſæpius, & feſtinatione ad mandata Phæ-
gen da. Phædriæ riualis.] *Cum pronunciatione*
m, quo magis doleat, Phædriæ riualis. Duras
partes prædicas.] *Scilicet contra æmulum & di-*
r largiſſimum. Et partes duas μεταφορικῶς *ab a-*
ſcenicis. Comparet.] *Hic iam oſtenditur miles*
r per riualis dona, quam per ſua. Et eſt qualitas
tiua. Comparet, pro amat, aut comparandum pu-
n autem magis id dicas.] *Duras partes fratris*
idnam quæſo hercle?] *Curioſitatem addidit*
vτων. Quæſo hercle. Et vide quam molliter, & ſi-
ectu ſpectatoris ad argumenti ſpeciali ordinem

paua

poeta perueniat: vt de Eunucho facta mentione con naſcatur ſupponendi Chæreæ. Eunuchum.] *Mirè T tius primo ſimpliciter Eunucho nomen poſuit, huic q detractaturus.* Inhoneſtum.] *Fœdum: vt contra honeſta: vt apud Vergil. Et lætos oculis afflarat ho* Hominem.] *Opportunè hominem dixit, tanquam ſexus.* Senem mulierem.] *Non communi genere di nem: quippe qui alibi ſeparauerit dicendo ſenex atq ſed ſubdiſtinguẽdum eſt, vt ſit duplex vituperatio, ætate, quod ait ſenem: altera à membrorum mo litie nit mulierem.* Quatietur certe cum dono foras. *cum dono: tanquam illi repulſæ cauſa donum fui ſit. Tum deinde non reiicietur, ſed quatietur. Vide contumelioſius dictum ſit, quatietur foras, vel verb impelletur foras, non expulſione, ſed detruſione: vel xit, foràs quatietur, vt deſit Verſum, vt ſit, foràs v verberabitur. vt verberetur & fugetur foras. nam uulgatæ conſuetudinis dictum eſt, feri canem fora eſt, feriendo canem eiice.* Sed iſtam Thaidem no nobis vicinam.] *Quomodo enim pro Eunucho ve aut nouit, aut notus eſt? Et ſi mulierem adoleſcens n quidem: ipſe multo maxime neſcietur.* Sed iſtam dem non ſciui nobis vicinam.] *ἐκφρονία contr quod meretrix vicina erat.* Haud diu eſt.] *Vicina Et eſt cauſa, An veriſimile ſit neſcire potuiſſe vicina nota apud Terentium vicinas poni ſæpius adoleſce meretrices, vt hæc ſit prima amoris illecebra.* Nunq ne etiam me vidiſſe illam?] *Artificioſe inculcat p πιθανόν.* Eſtne vt fertur forma?] *Hoc propter illu ſupra diximus: Sed nimio lepôre Terentiano, iam illu tur. Nam hic oſtenditur veriſimile eſſe pro Eunuch ditum apud vicinam meretricem Chæream, qui ade tus ſit mulieri, vt nec ipſe eam nouerit: quod erat f & promptius. Et additur color, quod & illa non di na eſt, & quod adoleſcens plurimum in Piræo comm eſt.* Nihil ad noſtram hanc.] *Moraliter noſtram pro meam.* Alia res eſt.] *Non potuit melius ſuam v gratiam reſeruare. nam & illa, & hæc amantur.* Fa ſedulo.] *Mirè in promiſſis poſterioribus difficult oſtenditur: cum primo faciam dixerit.* Nunquid r

liud

?] *Hoc dicere abeuntes ſolent. Et bene, Nunquid* *l vis? quia feſtinat; & ſimul quia hinc naſcitur do-* *ndæ meretricis.* Vt mancipia hæc, ita vt iuſſit educam ad Thaidem.] *Vide Terentium, vt non* *ſſe hæc fallacia, ſed ipſa ſe obtuliſſe videatur.* O tum iſtum Eunuchum.] *Iſtum ſæpe annotaui-* *t ad contemptum, aut ad odium referri: vt Vergil.* *id petis iſtis? &, Iſta quidem quia nota m hi tua* *oluntas Iuppiter.* Qui quidem in hanc detur 1.] *Quid facilius quam imitari velle quod lau-* *quiſquam, niſi qui cupit, eligitur pro Eunucho,* *uchum putat eſſe beatum. Vide quam molli de-* *l hoc conſilium peruenitur. Res enim hoc ſuggerit* *tam Parmeno: ideo, quia ſeruum hoc ſuadere* *imis temerarium fuit.* Quid ita?] *Potuit intel-* *tim ſeruus: ſed ad hoc interrogat, vt doceatur ſpe-* idebit, colloquetur, aderit vnà, *&c.*] *Amato-* *, quinque lineas amoris executus eſt: adeoque di-* *, vt etiam ordinem cuſtodierit.* Videbit, collo- aderit vnâ in vnis ædibus.] *Mirè amator non* *udit hoc bonum, ſed particulatim digreditur, vt* *luptas futura eſſe noſcatur.* Videbit, colloque- it, &c.] *Iſtæc enim ſunt amoris lineæ, etſi eas non* *ẽ perſecutus.* Quid ſi nunc tute fortunatus *videtur Parmeno dicere, potius vt iocetur, quam* *edat poſſe.* Capias tu illius veſtem.] *Non ſemel* *ir quod futurum ſit: quia particulatim poteſt et-* *i turpe eſt, tamen mitti ad perſuaſionem: Simul* *s reſpicitur. Ergo non dixit, ibis pro Eunucho: ſed* *pias illius veſtem, tum deinde hoc ipſum non a-* *e domino, pergit ſeruus ad cætera quæ audaciora* ſtem.] *Quam libenter audiat, repetitio dictorum* *rogationem oſtendit.* Audio.] *Id eſt, libenter hoc* *& conſentio. Vt in Phormione, Audio, & fateor,* *à, non audio.* Intelligo.] *Audio & intelligo, vim* *n vſitatam exprimunt. ſcilicet conſentientis immo-* *ffectum.* Cibum vna capias.] *Bene ſeruus inter-* *t ſupra dictas amandi lineas, & ordinem volu-* *quippe qui amare non nouerit.* Cibum vna ca- dſis, tangas, ludas, propter dormias.] *Etſi*

ſatis

ſatis erat ſuperior verſus, tamen incentiua *etiam ſigillatim hæc enumerata, quæ vna ſen* *rior verſus oſtenderat.* Quando quidem illa *ex illis.* Quiſquam.] *Quia quæquam dicere,* *eſt.* Illarum quiſquam.] *Quiſquam, mul* *probatur etiam fœminino genere veteres prot* *in numeris & generibus hæc pronomina infini* que ſcit qui ſies.] *Hoc eſt quod ſupra callide* *ſtruxit.* Forma atque ætas ipſa eſt.] *Deeſt i* Vt pro Eunucho probes.] *Formam ſcilicet* *formam, quia pulcher erat atem. quia ephebu* pro Eunucho probes.] *Probes, fingas, at* *deas, vt in conſuetudine dicimus, Homo ſacrile* *nocente ſe probauit. Et Cic. Hoc tu his probat* *deeſt Te quod ſubaudiamus: vt ſit, Pro Eunuch* *Probes, vt: Migrantes cernas. Aut probes, pe* *ſimul honeſte, non dixit. quod erat rectum, vt* *probes, ſed pro Eunucho; ne eſſet contumelioſ* *ream.* Nunc iam orna me.] *Hortatiue Orna* *deſpolia, aut exue me.* Abduc.] *Abducimur* *mus. Ducimur quo nolumus.* Quantum pot *cito.* Quid agis?] *Callide ſeruus non vult ſe a* *deri tanti facinoris* Quo trudis?] *Comici ſemp* *dunt fieri ab altero verbis alterius perſonæ,* *per ſe ipſa non poterant, vt nunc manu age* *Parmenone dicente cognoſcimus.* Quo trudis *vi cogendum domino quem compulit dictis.* iam tu me.] *Peruerteris. vnde prouerbium* *ſtrum perculit.* Tibi equidem dico, mane.] *iſta pronuncianda ſunt, ex quibus intelligatur,* *Chæream quin adhuc impellat, & trudat.* Perg *verò ioco dixerit, non ſerio.* Ne nimium calli *riculoſum, ſed melius callidum legitur. Nimi* *biale, quia nimium propria vox eſt.* Flagi mus.] *Flagitium more militari dicitur, res fla* *eſt, increpatione digna. Nam flagitatio à ſtrep* *vnde flamma, & flagella, & flagitare, id eſt, p* *telligimus dici. Nam hæc omnia ſine ſonitu crep* *ſunt.* An id flagitium eſt?] *An liceat? An* *prius, quia licet.* At enim iſtæc in me cude

in me hoc malum recidet, in me hæc vindicabitur vt laborat ſolum, in quo cuditur, id eſt batuitur fa- ſiliquis exuitur tunſa fuſtibus: vt in areis mo e rum ſit. Vel quod quidam male coctam fabam, & n maduerit, ſed dura permanſerit, ſupra caput co- luti ipſi fabæ irati, ſaxo comminuunt. tum vniuer- ilum, & omnis dolor ad coquum peruenit. Simile i à pulmento prouerbium eſt: Tute hoc intriſti, tibi exedendum, accingere. An id flagitium eſt.] *Terẽ- idat argumentum huius fabulæ, in quo exemplum ir, quod proſit parentibus, obſit meretricibus, & ſi- liberationibus tractans id faciendum.* Si in domũ iciam deducar.] *Hoc tale eſt, vt nulla lex prohi- defendatur vt licitum.* Et illis crucibus.] *Hoc iã pertinet, vt oſtendatur decere, & primo à perſona fit.* Habent deſpicatã.] *Contemptam, atque de-. & ita eſt ἐπένθεσις, & μεταπλασμός. Vel certe verbi declinatio, ab eo quod eſt deſpicor, vt conſpi- uſtius: Cum interea Metellus monte digrediens cũ conſpicatur, primo dubius quidnam inſolita fa- nderet.* Nũc referam gratiam.] *Non eas, inquit, : ſed quod iuſtum eſt vicem reddam: quaſi ipſe in us ſit.* Vt ab illis fallimur.] *Non dixit, alij fallun-* potius hæc pati æquum eſt fieri?] *Illic viciſſi- at in pati dolos.* Vt à me ludatur.] *σύλληψις ſub- pati.*

d qui reſcierint.] *Ex conſequentibus argumen- m illud factum vituperatio ſequitur, hoc appro-* lud merito factum omnes putent.] *Bene, non quia & hoc iſtum non ſatis probum eſt, vel me- fallere* Quid iſtic?] *Aduerbium eſt ægre conce-* acias.] *Pro facito.* Verum.] *Deeſt, inde.* Verũ ne feras.] *Si ne prohibentis eſt, nihil deeſt: ſi percon- t ſit ne forte, deeſt, timeo.* Verum, ne poſt confe- am in me.] *In hoc negocio non autor vult inter- ernus.* Cogo atque impero.] *Euidenter oſten- ſſe imperare quam iubere.* Nunquam.] *Pro non, quam omnes hodie moriemur inulti.* Nunquam im autoritatem tuam.] *Non, inquit, recuſabo um tu tamen autor ſis facti.*

ACTVS III. SCENA I.

THRASO *miles*. GNATO. PARMENO.

Senarij Iāb. MAgnas verò agere gratias Thais mihi?
GN. Ingenteis. TH. ain' tu læta eſt? GN. nor
ipſo quidem
Dono, quàm abs te datum eſſe: id verò ſerio
Triumphat. PA. huc prouiſo, vt vbi tempus ſiet
Deducam: ſed eccum militem. TH. eſt iſtuc dat
Profectò mihi, grata vt ſint, quæ facio, omnia.
GN. Aduorti hercle animum. T. vel rex ſempe
ximas
Mihi agebat, quicquid feceram: alijs non item
GN. Labore alieno magnam partam gloriam
Verbis ſæpe in ſe transmouet, qui habet ſalen
Donatus legit Quod, ſed eliditur d. Quod in te eſt. TH. habes. GN. rex te ergo in o
TH. ſcilicet.
GN. Geſtire. TH. verum credere omnem exerc
Conſilia. GN. mirum. TH. tum ſicubi eum ſatie
Hominum, aut negoti ſi quando odium cepe
Requieſcere vbi volebat, quaſi, noſtin'? GN. ſc
Quaſi vbi illam expueret miſeriam ex anim
tenes.
Tum me conuiuam ſolum abducebat ſibi. GN
Regem elegantem narras. TH. imo ſic homo e
Perpaucorū hominū. GN. imò nullorum art
Si tecum viuit. TH. inuidere omnes mihi:
Mordere clanculum, ego non flocci pendere,
Illi inuidere miſerè, verùm vnus tamen
Impenſe, elephantis quem Indicis pręfecerat.
Is vbi moleſtus magis eſt, quæſo inquam Stra
Eóne es ferox, quia habes imperium in bellua
GN. Pulchre me hercle dictum & ſapienter: pa
Iugularas hominem. quid ille? TH. mutus illic
GN. Quid ni eſſet? PA. dij veſtram fidem, hon
perditum, (C
Miſerumque, & illum ſacrilegum. TH. quid
Quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuio:
Nunquid tibi dixi? GN. nūquam: ſed narra

illies iam audiui. TH. vnà in conuiuio
c, quem dico, Rhodius adoleſcentulus.
abui ſcortum: cœpit ad id alludere,
irridere. Quid ais, inquam, homo impudens?
tute es, & pulpamentũ quæris. GN. ha ha hæ.
id eſt? GN. facete, lepide, laute: nihil ſupra.
obſecró * ne hoc dictum erat? vetus credidi. * al. te.
dieras? GN. ſæpe, & fertur in primis. TH.
m eſt.
olet dictum imprudenti adoleſcenti, & li-
.
e dij perdant. GN. quid ille quæſo? THR. per-
.
nes qui aderant emoriri, denique
ant omnes iam me. GN. non iniuria.
heus tu, purgón' ego me de iſtac Thaidi,
am me amare *ſuſpicatur? GN. nihil minus: * al. ſuſpicata eſt.
gis auge ſuſpicionem. TH. cur? GN. rogas?
uando illa mentionem Phædriæ
t ſi laudat, te vt male vrat? TH. ſentio.
t ne fiat, hæc res ſola eſt remedio:
ninabit Phædriam, tu Pamphilam
ò: Si quando illa dicet, Phædriam
ttamus commeſſatum: tu Pamphilam
m prouocemus: ſi laudabit hæc
mam: tu huius contra. denique
referto, quod eam mordeat. Deeſt ſyllaba par ſic pari, aut par mox pari, conſtat metrum.
uidem me amaret: tum iſtuc prodeſſet
.
uando illud quod tu das, expectat atque
im amat te: iamdudum illi facilè fit
oleat, * metuet ſemper, quem ipſa nunc al. metuat.
, ne quando iratus tu aliò conferas.
dixti: at mihi iſtuc non in mentem venerat.
culum, * non enim cogitaras. cæterum al. neo.
tute melius quanto inueniſſes Thraſo?
s vero agere gratias.] *Hic ſermo ſic prodit, vt*
enam inchoatus eſſe videatur. Continet autem

aſſentationem paraſiticam, & ſtultitiam glorioſi m
Agere.] *Plus ſonat infinitus modus finito.* Ingēteis
de quantum adijciat paraſitus, ille magnas dixit, hic
dIet ingenteis: Ille, Læta eſt, hic, triumphat. Id verò ſ
Id, ob id, vt, Id amabo adiuta me. Alias παρέλκεται
productionis locus eſt. Quam abs te datum eſt] *M*
eſt gratiæ tātum potuiſſe amorem militis, vt mereti
nus lætaretur ob lucrum. Triumphat.] *Vt milit*
dictis tangit militem paraſitus. Huc prouiſo.]
perſona venit in ſcenam: ſed ſeparatim loquitur, & ſ
Sed eccum militem.] *Iniurioſè militem. honorifi*
prio nomine dicitur: vt in ſubiectis, Audire voce
ſum modo militis. Et iſtuc datum.] *Fato decretoq;*
ceſſum: vt, Non dabitur regnis eſto, prohibere Latin
grata mihi ſint quæ facio omnia.] *Gratæ not*
aut res, aut perſonæ, ſed nunc res dicit. Aduorti
animum.] *Approbat dictum & hoc, Ait, aio.*

Vel rex ſemper maximas mihi agebat.] *Qu*
tempeſtiue miles ad regem tranſitum fecit, cum a
trice agatur. Quæ facio omnia.] *ἔκλειψις vel σι*
Vel rex.] *Vt in Hecyra, Vel hic Pamphilus iural*
ties Bacchidi, quàm ſanctè. Vel rex ſemper max
Subauditur gratias, ab eo quod ſupra dixit, Magi
agere gratias Thais mihi? Partam gloriam.] *Id*
paritur: vt, Vectus equo ſpumante Sages. Qui ha
lem.] *Sal neutraliter condimentum eſt: maſculine*
tia. Verbis in ſe ſæpe transfert, qui habet ſalem
rè adulator hoc attribuit militi, quod minimè ha
verba vel ſalem. Quod in te eſt.] *Quod tu habe*
bes.] *Intelligis, quod enim tenemus corpore, haben*
mo: quod item animo habemus, intelligimus. Habe
telligis. Sic dicitur accipe, hoc eſt habe. Habes etiam
dicis. vt Salluſtius; Tarteſſum Hiſpaniæ ciuitatem
nunc Tyrij mutato nomine Gadrium habent. Rex
in oculis.] *Scilicet Geſtire.* Verum.] *Vide inc*
præparationem laudari ſe cupientis, adeò vt n
verba impleri, quin præfeſtinet Scilicet & Verum
Credere omnem exercitum.] *Magis ridebis,*
*deres militem motum eſſe, * qui.* Credere om
xercitum. Conſilia.] *ſub obtentu militis eſt ſtul.*

breuiter comitem regium acceptũq́; imperatori. Nã *ic credit exercitũ, credit & conſilia. Vergilius, Nul-* *ſine te quæretur gloria rebus, Seu pacem, ſeu bella* *tibi maxima rerum Verborumq́ue fides.* Cõſilia.] *. plus enim eſt conſilia, quam totus exercitus.* Mi- *lius per εἰρωνείαν pronunciamus mirum, quaſi di-* *is non crederet tali viro? Sed poteſt etiam ſimplici-* *admirantis geſtu accipi.* Vbi ſatietas hominum, gocij ſi quando odium ceperat.] *Reip. princeps* *s patitur, homines & negocia, id eſt, perſonas & res* *m.* Satietas hominum, aut negocij ſi quando ceperat.] *Propriè reddit & decenter, hominum* *, negocij odiũ. Non enim par erat reip. principẽ ho-* *lio laborare.* Quieſcere vbi volebat.] *Bono verbo* *. Nam ceſſat deſidioſus: Requieſcit defeſſus.* Quaſi *?] Grate expreſſit ſtulti inſaniam militis, qui ante* *elligi quod ſẽtit, quã ipſe dicat. Et propriè hoc mo-* *ſtolidi, ſiue ruditer loquẽtis.* Quaſi noſtin'?] *ἀπο-* *ς, pro habes hoc? hoc eſt, quod ſupra, intelligis?* vbi illam expueret miſeriam.] *Vbi pro quando,* *is, & ſupra.* Expueret.] *Expuere eſt cum faſtidio* *reijcere & expellere. Nam expuere eſt extra pus* *, id eſt, foras. Nam pus eſt omnis humor corpori o-* . Tum me conuiuam ſolum abducebat ſibi.] *erat, vt qui eſſet miniſter magnarum rerum, id eſt,* *rius: voluptatum quoque regis particeps eſſet. Et* *o ſignificatius dicatur me, & conuiuam, & ſolum,* *ucebat: nam non vocabat. Et ſibi, quaſi non propter* *vt ſibi bene eſſet. Tum me conuiuam, id eſt, cum ſa-* *ominum eſſet, cum odiſſet negotia.* Regem elegã- rras.] *Qui eligere ſciat, aut qui ipſe ſit eligendus.* icorum hominum.] *Aut qui paucis vtitur, aut* *paucis eſt, aut qui paucis placet: hoc eſt, bonis & ſa-* *us, qui ferè pauci ſunt.* Imò nullorum arbitror, n viuit.] *Hoc auerſus, ne miles audiat. Poteſt tamẽ* *er intelligi, maximè cum milite.* Inuidere omnes *Plus poteſt ad ſignificandum infinitum tempus,* *initum.* Ego non flocci pendere.] *Quod mor-* *lanculum, vel quod inuiderent. Conuiuam ſolum* *bat: vt, ſolam nam perfidus ille Te colere. Signi-*

ficat autem ſæpiuſcule factũ. Illi inuidere miſerè.] *ſer enim eſt cuius animæ miſeria ineſt.* Verũ vnus.] *priè vnus. nam vnus ex multis dicitur. Et mirè eſt nullius ponderis repetitio ad inertiam loquentis expi dam. nam poſtquam dixit, Inuidere omnes mihi: repet inuidere miſerè. Quin & impenſe & miſere idem ſi cant, & mox tamen ſine vllo actu addidit, Verum vni men impenſè. Aut plus eſt miſerè quàm impenſè.* Ele tis quem Indicis præfecerat.] *Et hoc ſtulte, cum l dignitatem ſumit, & ſic pronunciat vt magna eſſe p ctura videatur hæc ipſa. & hoc à ſtolido milite ſic pr tur, tanquam magnum hominem velit eſſe qui ſibi in ret. Et Indicis* πρὸς ἀντὶ ἀποχὴν *Maurorum qui c tiores ſunt.* Is vbi moleſtus magis eſt.] *More ſuo addidit, ne diceret moleſtior.* Quæſo inquam Str. *Strato nomen accommodatum militiæ.* Eóne es fei *Cauſale eſt, Ideóne ſignificans.* Quia habes imperiu belluas?] *Mire extulit imperium in belluas. Sic Verg Illa ſe iactet in aula Aeolus, & clauſo ventorum c regnet.* Pulchrè mehercle dictum.] *Immodica l tione vertit etiam ſi quid facete dictum eſt, ſufficere pulchrè, quod eſt ſapienter. Quod & iugularas hom pulchrè tangit militem, iugularas dicendo, non occi quaſi gladio, non verbo vſus ſit.* Mutus illico.] *Ta ſtultum eſt, quam ſi diceret ſtatim nihil. Rectè auten ret, Ex illo mutus fuit. Tale eſt & illud, Tacere fe Quid ni eſſet? Hoc eſt, vt poſſet eſſe, iugularas.* Hom perditum?] *Deeſt o, vt ſit, ò hominem perditum. ſed lius ſonat, maioris enim ſtuporis eſt hoc modo prom tum, Hominem perditum.* Miſerumque, & illum legum.] *Vide quantum addiderit, qui non homin pl iter, ſed perditum, & miſerum illum: nec malu ſacrilegum dixerit.* Tetigerim.] *Luſerim, fatigauer tangere, cum multa, tum etiam hoc ſignificat.* Nunq ſed narra obſecro. *Callidè paraſitus intelligit ad interrogatũ, vt audire poſtulet.* Plus milies audi περιβολὴ *aut ſuperfœtura,* * *vt æquatur, aut ſubia tãtũ nõ milies cõuenit ſtultũ eundẽ & immemorẽ eſ & intelligentia eſt* Forte habui ſcortum.] *Vide qu modum miles, dum multa ad dictum ſuũ peruenire*

ıterim quam contemptus ſit atque deriſus. Abdomen
ɔore fœminarum patiens iniuriæ coitus, ſcortum di-
ideo. quia ſcorta ſunt dura coria. A parte ergo ſui
rices ſcorta dicuntur, vel ἀπὸ τοῦ σκαίρειν, quod Græcè
ıre intelligitur: quod illæ faciunt ſaltando aſſidue:
:ius criſſando, vt Lucret. ait, ob eam cauſam, vt con-
rem Venerem exhibeant viris: aut ſibi abigant con-
, quod in vuluam fœminæ in ipſo coitu non ſe mo-
incidit. Lepus tute es, & pulpamentum quæ-
Lepus pro infamia multa ponitur, vel quod magis à
ori parte, hoc eſt armis, pulpamentum de ſe præbeat,
ı conuiuio carpitur appoſitus: vt Horatius ait, Fœ-
leporis ſapiens ſectabitur armos. Vel quod venantur
& perſectantur canes, quos pro amatoribus ἀλληγο-
intelligimus, vt ipſe Terentius ait, Ceruam videre
, ſectari canes. Vel quod illum ſic fugiant omnes,
tuat vt hunc libido effœminata. Vel quod à Phyſicis
ır incerti ſexus, ac eſſe modo mas, modo fœmina. Le-
ıte es & pulpamentum quæris.] *Quod in te ha-*
ıc quæris in altero, & eſt τρόπος ἀλληγορία. Ha ha
Paraſitus hic interiectionem riſus addidit, quo ma-
nc primum hoc audiſſe credatur. Quid eſt?] *Hæc in-*
ıatio geſtum vultumque continet cuiusdam alacris,
ıi quod laudandus ſit. Facete.] *Facetus eſt qui facit*
ſ quod vult. Lepide.] *Lepidus, qui politus eſt vt λε-*
l eſt lamina. Laute.] *Lautus, qui mundus & ſplen-*
eſt. Tuúmne obſecro hoc dictum erat?] *Et dicta*
ɔuerbia, & adagiones, quod rem agant, facetis homi-
aſſcribuntur: & hoc laudis genus eſt, ad potiores re-
quod alter probatur dixiſſe. Vetus credidi.] *Quia*
ı vetera magna ſunt. Sæpe.] *Non ex ipſo. nam eſſet*
ırium ſuperiori. Meum eſt.] *Non ſenſu tantummo-*
:d verbis quoque ipſis agreſte eſt, quod nunc dicit,
n eſt. Dolet dictum imprudenti adoleſcenti &
o.] *Deeſt mihi: vt ſit, dolet mihi. Et dictum, partici-*
eſt, id eſt quod dixiſti, addidit enim paraſitus, quo
:us ſit dictum, commiſerationem eius, in quem di-
eſt, vtpote imprudentem adoleſcentem, & liberum.
:nim homines ſtultos malos videri velle. Et vide pa-
:m in iisdem verſari, cum ait ſupra iugularas, hic,

Dolet dictum imprudenti.] *Scilicet qui minim deret tali ſe percuti poſſe conuitio, aut cum tali vi rem futuram, & ſic laudat militem, vt miſeration dignus ſit adoleſcens. Tam feſtiuè * vt etiam miſerei micorum vacet.* Ante dij perdant.] *Noue, inquit meno non ipſi, ſed de ipſo loquitur, non audiente eo é χῶς.* Parmeno hic malè facit. at te dij perdant, inquit* ſu omnes qui adeiant emoriri.] *Diſciplina eſt co vt ſtultas ſententias, ita etiã vitioſa verba, adſcribere culis imperitiſque perſonis, vt Paulus, Latronibus eg numerem ſtipendium, inquit ex perſona militis. Itaq emoriri dixit. At vero Atticus adoleſcens in hæc, At ri cupio. Vide igitur poetam pro loco ac tempore ſcire dicat.* Metuebant omnes iam me.] *Ne cui dicerei pus tute es, & pulpamentum quæris. Aut eóne es quia habes imperium in belluas?* Non iniuria.] *pronuncia, quemadmodum illud ſupra, quid ni eſſet?* gon' ego me de iſtac Thaidi?] *οἰκονομία ad lite turam inter militem & Thaidem.* Quod me eam re ſuſpicatur?] *Quia apparet illam militi quoque σεπωπωμένον oſtendiſſe, quod dixit Phædriæ. Im magis ſuſpicionem, hæc erit cauſa reiiciendi militis. S Monentis eſt dicere ſcin', vel ſcito.* Siquando illa tionem.] *Siquando & prima ſyllaba acui poteſt & dia, tamen variat ſententiam.* Id vt ne fiat.] *Moa Non ſignificat.* Hæc res ſola eſt remedio.] *Si te cetur amare Pamphilam.* Vbi nominabit.] *Et loci tempus ſignificat Vbi.* Tu Pamphilam continuo. *magna οἰκονομία ἐστι, qua Terentius præparat que modum iurgium inter Thaidem militemque & G nem per duas partes ſerpat fabulæ. Et bene Continu intelligat meretrix non tam Pamphilam amari, qua vicem dari.* Pamphilam cantatum prouocemus *leguntur, quia ille foris eſt, hæc intus: illum intron mus, illam prouocemus. Hæc eſt in verbis Poetæ ger proprietas.* Tu huius contra.] *Hic contra vicem ſi cat* Quod eam mordeat.] *Quod par. Aut ab Quod, quæret.* Siquidem me amaret, tum iſtud deſſet Gnato.] *His verſiculis perſona militis & Gna continentibus * παροικονομία inducitur. quod verij ſi*

παροικονομία

le militem ferre poſſe anteponi ſibi Phædriam, qui *er intellexerit non amari: nam ſi hoc tollas: aut ex-* *lus eſt Phædria, aut ex dolore militis in hac fabula* *is tragicus. Et hoc miles, vt ſapiens, locutus eſt. Ergo* *ſſe conuenit ridiculas perſonas non omnino ſtultas* *rdes induci à poetis comicis. Nam nulla delectatio* *omnino, qui deluditur, nihil ſapit. Stulticia autem* *s quatuor modis: aut non venire in mentem quod* *t: aut ſi venerit, non tenere: aut bonum conſilium* *e: aut malum admittere. Vide ergo, vt hoc quod* *le miles viderat, non tenuerit, totumque amiſerit.* *tem idcirco interpoſuit Poeta, vt oſtenderet quid* *haberet aſſentatio, per quam non modo errantes* *ntur, ac præcipites eunt: verum etiam ſapientes* *m, ſanique euertuntur.* Quando illud quod tu *ectat.*] *Hac ſententia tollitur militi, quod recte* *: nec perſuadetur tamen, quod ametur ab amica.* dum te amat.] *Vel nimium, vel valde, vel iam-* . Quod doleat.] *Hoc ad illud refertur quod ſupra* *Par pari referto, quod eam mordeat.* Ne quando u aliò conferas,] *Et hic locum pro perſona po-* *ne diceret, ad aliam.* At mihi iſtuc non in men- nerat.] *Sic pronunciandum eſt, quaſi militi mon-* *ile videatur, ſapiens dictum alij prius veniſſe in* *, quam ſibi.* Ridiculum.] *Vel hominem: vel di-* *gnificamus.* Cæterum hoc tute melius quanto ſſes Thraſo?] *Scilicet ſi cogitaſſes.*

ACTVS III. SCENA II.

IS. THRASO. PARMENO. GNATO. PYTHIAS, *ancilla.*

re vocem viſa ſum modo militis:
ue eccum: ſalue mi Thraſo. TH. ô Thais mea,
ſuauium. quid agitur? ecquid nos amas
cina iſtac? P. quam venuſtè? quod dedit
ium aduenien s? TH. plurimum merito tuo.
imus ergo ad cœnam: quid ſtas? PA. hem
um, (ror.
ninc hunc natum dicas. TH. vbi vis non mo-
libo, atque adſimulabo, quaſi nunc exeam.

In quid eliditur.d,

Itaráne Thais quopiam es? TH. hem Parmeno
Bene feciſti: hodie itura. PA. quò? THA. *quid,
non vides?
PAR. Video, & me tædet. vbi vis dona adſunt t
A Phædria. TH. quid ſtamus? cur non imus hi
PA. Quæſo hercle vt liceat, pace quod fiat tua
Dare huic quæ volumus, conuenire & colloc
TH. Perpulchra credo dona, haud noſtris ſimi
PA. Res indicabit: heus iubete iſtos foras
Exire, quos iuſſi, ocyus, procede tu huc.
Ex Aethiopia eſt vſque hæc. TH. hic ſunt tres
GN. Vix. PAR. vbi tu es Dore? accede huc. he
nuchum tibi,
Quàm liberali facie, quàm ætate integra?
THA. Ita me di ament, honeſtus eſt. PAR. quid
Gnato? (Ti
Nunquid habes quod contemnas? quid tu
Tacent: ſatis laudant. fac periculum in literis
Fac in paleſtra, in muſicis: quæ liberum
Scire æquum eſt adoleſcentem, ſolertem dab
TH. Ego illum Eunuchum ſi ſiet opus vel ſob
PAR. Atque hæc qui miſit, non ſibi ſoli poſt
Te viuere, & ſua cauſa excludi cæteros:
Neque pugnas narrat, neque cicatrices ſuas
Oſtentat: neque tibi obſtat, quod quidam f
Verum vbi moleſtum non erit, vbi tu voles,
Vbi tempus tibi erit, ſat habet, ſi tum recipitu
TH. Apparet ſeruum hunc eſſe domini paupe
Miſerique GNA. nam hercle nemo poſſet, ſat
Qui haberet qui pararet alium, hunc perpet
PAR. Tace tu, quem ego puto eſſe infra om
ſimos
Homines. nam qui huic animum aſſentari ir
E flamma te petere cibum poſſe arbitror.
THR. Iámne imus? THA. hos prius introd
& quæ volo
Simul imperabo, *poſtea continuò exeo.
TH. Ego hinc abeo, tu iſtam operire. PA. hau
ueńit
Vnà ire cum amica, imperatorem in via.

*Aliàs, poſt huc.

Quid tibi ego multa dicam? domini ſimilis es.
ia hę. T. quid rides? G. iſtuc quod dixi modo.
d de Rhodio dictum in mentem venit.
ıais exit. THR. abi, præcurre, vt ſint domi
omnia. GN. fiat. THA. diligenter Pythias
res, ſi Chremes huc forte aduenerit, (eſt,
s; primum vt maneat: ſi id non commodum
eat: ſi id non poterit, ad me adducito.
faciam. THA. quid? quid aliud volui dicere?
urate iſtam diligenter virginem.
adſitis facite. THRA. eamus. THA. vos me
ūimini.

re vocem viſa ſum modo militis.] *Hic induci- multiplex concurſus diſſimilium perſonarum, & virtute & conſilio poetæ diſcretarum, vt confuſio facta ſermonis: ſimul etiam pro ſe cuique accom- mire repræſentatur oratio.* Audire vocem viſa odo militis.] *Omnes ſenſus viſa dicuntur, ab eo t certiſſimum oculorum. Ergo viſa ſum, ſenſi, vt Viſæque canes vlulare per vmbram, Aduentante* lue mi Thraſo.] *Quia ſecum, militis: quia apud Thraſo. Eſt quædam actio cuius nomen honeſtum ıt orator, philoſophus: eſt quædam cuius nomen of- eſt, vt miles, lanarius.* Meum ſuauium.] *Tria ulandi genera, Oſculum ſcilicet, Baſium, & Sua- Oſcula officiorum ſũt: Baſia, pudicorum affectuum: , libidinum vel amorum.* Meum ſuauium.] *Cum tur, dixit.* Quid agitur?] *Et hoc blandimenti ge- poſt oſculum: ſed duri eſt & agreſtis: infert enim, nos amas, & Ecquid, aliquantulúmne ſignificat, illa Plurimum recitat. Cicero in Catilinam, quod quid attendis? ecquid animaduertis horum ſilen-* De fidicina iſtac.] *De, propter; vt ſit, Propter fi- ı. Et video non puellam, ſed fidicinam, quanti ab e dictam & , eo amatore, qui quaſi memor ſit ar- delectatur: & quia puella ſit æmula meretricis. retricum eſt fidicinam eſſe.* Quam venuſte? quod rincipium.] *Bene reprehendit Parmeno: nam in is debet obliuiſci qui dedit, & meminiſſe qui ac- eſt grauis αἰσχρολογία. Quàm venuſte.* Plurimum

merito

merito tuo.] *Facete meretrix amorem ſuum non ad ricíam retulit, ſed ad officium. Et cum de ſidicina in te amem, præcipuè merito tuo. Alij ſic reſpondere in gunt, vt ipſa de ſidicina gratias agat nam cum ille dix Ecquid nos amas? Illa reſpondit, Plurimum. Quo tem de fidicina dixit ille, ſubiecit hæc merito tuo, i. c niam mereris, dando eam. Sed melius eſt, vt præter m meritum dixeris: quanquam multi mun us meritur telligant, vt eſt illud Vergilij, Quique ſui memores fecere merendo, id eſt, gratos ſibi reddidere muner.* Eamus ergo ad cœnam] *Decuit paraſitum de cœ iam importunè admonere, cum quadam ἐμφάσει velu gnæ rei.* Hem alterum.] *Bene alterum, quia duo* Hem alterum.] *Si hic reprehendatur miles, alterum ctum: ſi paraſitus alterum hominem. vult enim Par & Paraſito eſſe verſutior: & debet eſſe, quum peiori ditionis ſit.* Ex homine hunc natum dicas.] *Rectè i hendit Parmeno duos, quorum vnus beneficium 1 exprobrat: alter pro beneficio cœnam oſtendit, tanqu eam currendum ſit. nam hac ſignificat, Quid ſtas? ſit cauſa properandi.* Vbi vis, non moror.] *Ad, E ad cœnam. Vbi vis, retulit ad, Quid ſtas non moror.* ſi nunc exeam.] *Mirè nunc exeam, quippe qui ia dum procul ſteterit.* Hem alterum.] *Alterum n ſpectiuè ſed abſolutè, ac ſi dixiſſet, aliud dictum terum ſtultum.* Iturane Thais quopiam es?] *Vt riatur Thais animum, fingit neſcire quo eat.* Hem meno.] *Vide deprehenſam meretricem velle bland tis ſatisfacere Parmenoni.* Benè feciſti.] *Quid b cit Parmeno? an quaſi perturbata hæc loquitur, eti nihilo blandiens, vtpote meretrix & faceta? an qu tulerit continuo?* Hodie.] *Dulciter additum hodie ſi cum exceptione, quo ſe ſignificat non perpetuo obſe turam militi, & vt quæ promiſerit, biduum tantu futurum Phædriam.* Quid? hunc non vides?] *xerit militem, lædit præſentem: ſi amicum, lædit menonem, mirè igitur pronomen inuenit.* Video me tædet.] *Opportunè Parmeno fatetur odium tis, vt retundat ab eo amorem Thaidis.* Vbi vis na adſunt tibi.] *Nihil potuit exitioſius militi conti*

ais: ſæpe ex huiuſmodi re quapiam, & ex
rincipio, magna familiaritas
ta eſt: quid ſi hoc quiſpiam voluit deus?
idem pol in eam partem accipioq; & volo.
ò ita quæſo vnum hoc ſcito, contumeliæ
: feciſſe cauſa, ſed amoris. TH. ſcio.
ropterea magis nunc ignoſco tibi.
eo inhumano ingenio ſum Chærea,
am imperitã, vt quid amor valeat neſciam.
quoq; iã Thais, ita me dij bene ament, amo.
ı pol tibi ab iſtoc hera cauendum intelligo.
aſim. PY. nihil tibi quicquã credo. T. deſinas.
› me tuæ commendo, & committo fidei.
o in hac re mihi oro vt adiutrix ſies.
patronam * cupio Thais: te obſecro.
, ſi non hanc vxorem duxero.
ıen ſi pater. CH. ah, quid? volet, certo ſcio.
odo hæc ſit TH. paululum operirier
n frater ipſe hic aderit virginis.
n accerſitum ijt, quæ illam aluit paruolam.
ſcendo tute ipſe aderis Chærea.
verò maneo. TH. víſne interea dũ is venit,
perramur potius, quàm hic ante oſtium?
› percupio. PY. quã tu rẽ actura obſecro es?
id ita? P. rogitas? hunc tu in ædeis cogitas
: poſthac? T. cur nõ? P. crede hoc meæ fidei,
c pugnã aliquã denuo. T. ahu, tace obſecro.
m perſpexiſſe eius videre audaciam.
ı faciam Pythias. P. non pol credo, Chærea,
miſſum non erit. CH. quin Pythias

* Aliàs, capio.

Tu me ſeruato. P. neque pol ſeruandum tibi
Quicquam dare auſim, neque te ſeruare: ap
T. Adeſt optimè ipſe frater. C. perij hercle: o
Abeamus intrò Thais: nolo me in via
Cum hac veſte videat. T. Quamobrem tand
quia pudet?
C. Idipſum. P idipſum? virgo verò? T. i præ,
Tu iſtic mane, vt Chremem introducas. Pyth

In (Adeſt) prior ſyllaba pertinet ad verſum præcedētem.

APud Antiphonem vterq;.] *Rediens in vicinia* *cauſam reddit Chærea, cur nō mutauerit veſte* *tuit autem, & de neceſſitate argumenti fuit, Chær* *mutaſſe veſtem: vt cum meretrix virginem à Chær* *tam audiret, & eum cum turpi habitu incedente* *retur, eū reū vitiatæ virginis putaret. Apud An* *dixit, pro in domo eius.* Vterque pater & mater. *terque pater, & vtraque mater, ſed vterque pare* *pater & mater.* Quaſi dedita opera domi *Non tam mirum, ſi domi erant: ſed illud magis* *quod in ea domus parte, qua in ædes introeund* *adoleſcentulo.* Vt nullo modo introire poiſem *rius cauſa cōtinetur, cur nō mutauerit veſtē: In* *cur huc redierit.* Quin viderēt me.] *Quin modo* *minus.* Dū ante oſtium ſto.] *Antiphonis ſcilice* mihi quidā obuiā venit.] *An notus, qui me poſ* *ſcere? an qui me nouerit, id eſt, amicus?* Quātum *Deeſt velociter.* In angiportū.] *Vide illum nō v* *vna clauſula bis In dicere, in pedes, in angiportu* *portum dicebant vicum non peruiū, viam publicā* giportum quoddā deſertū.] *Deeſt fugiens.* It rimus ſei fatigando.] *Id eſt fatigatus, laſſus, &* *dus ſum dum fugio. Et honeſta locutio: vt miſer* *miſer currendo.* Ne quis me cognoſceret.] *Non* *priè dictum pro agnoſceret.* Sed eſtne hæc Thais video?] *Iam pridem ipſe viſus, nūc primū videt.* *Incertus remaneo, atque defigor. Primus metu* *conſilium: ſed recogitatio reddit confidentiam.* Q autem?] *Colligit ſe rurſum ad impudentiam Ch* *vide ſi non eadem eſt audacia in Chærea, quæ in* *do facinore fuit, & ἐπιτιμητικῶς, quid mea autem*

nihi?] *Opportune ſe confirmauit: quia ſi extimuiſ-ſegiſſet,nihil nuptiæ promouerētur.* Bone vir Do- *totum figurate dicit, vt meretrix,& ſubtiliter. nā ream eſſe quem alloquitur,non Eunuchum. Et hic occaſio datur meretrici adiuuandi adoleſcentis, qui a non mutauit : & adhuc quaſi Eunuchus & ſer-* Bone vir Dore,ſalue.] *Maior obiurgatio eſt per ſimulationē Thaidis aduerſus Chæreā,quā ſi illum eſt,appellet.* Hera factū.] *Nō potuit ſubtilius re- Chærea,quā accommodare ſe interroganti.* Satin' lacet?] *Hoc poteſt & non figuratè dici,ſed apertè.* ne noxiā mitte.] *Triſyllabo nomine noxiā dixit, xam. Alibi aliter, Dominam dixit, extra noxam.* Si quā vllam admiſero, occidito.] *Verba ſeruorū, il horribile eſt poſt præſentes plagas. Et nō,cædito, ito: & non, alias dixit; quaſi illa * dixerit adhuc vti fugitiuus.* Num meā ſæuitiā veritus es?] *es.* Hanc metui ne me criminaretur tibi.] *Per-tatus eſt verba fugitiuorum, quæ apud dominos omprehenſi.* Vitiare ciuē.] *Bene intulit ciuē: quod uā virginē vitiare, αὔξησις gradatim facta.* Con- eſſe credidi.] *Locus erat vt diceret, Seruam eſſe ſed admirabiliter conſeruam dixit, & hoc ipſum liter pronūciandum eſt,tanquā miſerabiliter cre- onſeruā eſſe,quæ ciuis erat: atque eā quaſi conſer- are debuerit.* Conſeruam?] *Opportunè ſtoma- Pythias facta mentione conſeruæ.* Vix me conti- n inuolē in capillū.] *Minæ iſtæ propriè fœmina- & in ſe,& in alios vnguibus ſæuiētiū. vt, Vnguib. fœdans & pectora pugnis. ſed inuolem ab auibus eſt, vt apud Vergil. Prædam pedibus circumuolat go hoc geſtu,& dicto, & corporis motu eſt adiu-.* Inuolem in capillum.] *Apparet more vete- nſum eſſe.* Etiam vltro deriſum aduenit.] *Mirè lidit accuſationem, quod non ſaltem fugeret.* De- redo iſti quicquam furcifero?] *Subauditur t εἰρωνικῶς pronunciandum eſt. Sanè debere di- nas iniuriæ, ei cui iniuriam fecerimus: quas ſe ituram Chæreæ, vt furcifero, dicit Pythias, ſi m intulerit in ſeruili habitu conſtituto.* Si id fe-

fecerim.] *Si inuolauerim in capillum eius.* Miſ
faciamus.] *Hæc ſcilicet iocularia & futilia.* Non
gnum Chærea feciſti.] *Artificioſe meretrix ab*
licuit, ad id quod oportuit tranſit : nec tractat qu
gitimum, ſed quid honeſtum. Itaque totam illam
facti accuſandi omittit : & ab accidentibus perſo
leſcentis obiurgat, ſic enim vno verbo obſtari poſſe
mihi in domo meretricia ſcilicet: ne videatur irrati
audacia illa ingenui à poeta inducta eſſe. No
gnum.] *Dignum pro, digne, aut deeſt facinus: vt ſi*
dignum facinus feciſti. Mira accuſatio mixta l
blandimēto. Nā ſi ego digna ſum.] *Deeſt &, vt*
Nā etſi maximè. Et bene additū eſt maximè, vt ap
etſi digna pati ſit meretrix: non tamen maximè di
Thais eſt. At tu indign⁹ qui faceres tamē.] *Re*
quatuor. n. ſunt modi in huiuſmodi rebus: ita vt a
que dignus ſit, aut vterque indignus: aut alter di
ter indignus, aut contra. Neque ædepol qui
conſilij capiam ſcio de virgine iſtac.] *Intell*
amari virginem ab hoc: & ideo ſic ait, vt conciliet
nam ſatis ſigni eſt, quod Eunuchi habitum prop
ſumpſit. Et vide quemadmodum ad captionem
rum res eant : quod tamen dicere non audet Tha
ſtendit adoleſcenti coniecturis, quem tentat,
mantem virginem : & viam oſtendit petendæ ſi
Hoc mihi beneficium Chærea.] *Blande nom*
tum eſt, Chærea. At nunc dehinc ſpero.] *T*
Chærea vera veris æquiparans, recedit à iocularì
pe ex huiuſmodi re.] *Hoc eſt turbulenta.* Qu
Quæcunque, vel aliqua. Quid ſi hoc voluit q
deus?] *Pleraque repentinis impulſionibus nata,*
prouentibus deo aſcribi ſolent: vt, Deſcendo, a
deo flammam inter & hoſtes Expedior, & ,
digreſſum vectris deus apoulit oris. & Salluſt.
repentè mutatio non ſine deo videretur. Qui
quiſpiam voluit deus?] *Vult amorem intell.*
Equidem pol in eam partem accipioq; & v
æterna inter nos ſit gratia: & ex malo principio
magna familiaritas. Et volo.] *Euenire ſubaudi*
φύλαξις tertia. Imò ita quæſo.] *Vtrū meretri*

vtrunq; enim accipi poteſt. Vnum hoc ſcito, ſcio.] *hoc ſciat Thais inepte quæritur, quum ipſa res cla- unquam hanc conditionem ſubiturum Chæream, vt unucho etiam ſeruo, ſe fingeret, ſine amoris impulſu.* ignoſco tibi.] *Quod culpa non ſit hominis, ſed a-* Nō adeo inhumano ingenio ſum.] *Hoc eſt im- non ſum, quantum putas: vt, Non obtuſa adeò ge- r pectora Pœni.* Neque tam imperita.] *Id eſt, non a.* Vt quid amor valeat, neſciam.] *Non inhuma- ia homo: nō imperita, quia meretrix. Et neq; tam im- inquit, quaſi dicat, Neque tam pudica ſum, vt quid valeat, neſciam.* Te quoq; iam Thais.] *Bene quoq;: im iam hanc ita amat, vt negligat illam: ſed hanc il- uſa.* Pol tibi ab iſto hera cauēdum.] *Facete tan- qui ſoleat capillum & veſtē eius conſcindere, quam rit.* Non auſim.] *Pro non audebo. & eſt verbum temporis tantum.* Non auſim.] *Vtrum propter æ- an propter fratrē ſuum Phædriam potius?* Nihil tibi quam. *παρέλκον quartum, aut nihil, pro non.* Deſi- *Pro eo quod eſt deſine, aut deeſt fac: vt ſit, fac deſinas.* ne tuæ cōmēdo & committo fidei.] *Satis ama- vt appareat nunc maxime captum Chæream, ac man- m virgini. Commēdamus nos cognitis: committimus s. Ergo αὔξησις eſt maioris officij, fideiq; circa Thaidē.* ihi patronam cupio.] *Te adiectum vim habet, & mo ſupplicantis habitū adoleſcentis oſtendit.* Emo- ſi non hanc vxorē duxero.] *Vide adoleſcentulum, ipſo flore nihil dulcius vita eſt, ipſam deſpicere, ſi ſibi nō datur.* Tamen ſi pater.] *ἔκλειψις aut ἀποσιώπη- unda.* Quid? ah volet, certo ſcio.] *Quid? deeſt, di- d iſta omnia ad cōfirmationem valent.* Ciuis modo ſit.] *Mire hic in votum conuerſum eſt, quod timere t non ducturus vxorem.* Paululum operirier ſi vis, frater ipſe hic aderit virginis.] *Adeo cito probari* Ego verò maneo.] *Modo vero conſentientis eſt ad- ium: al. Confirmantis, aliàs coniunctio, al. particula am iuuans: vt, Egregiam verò laudem, & ſpolia am- efertis, Tuq; puerq; tuus.* Domi potius operiamur, m hic ante oſtium.] *Non ignara illecebrarum me- x, non ſolum Chæream retinet, verum etiam vocat, vbi*

virgo eſt, & ſatis callide interrogat an velit, quaſi r *velle.* Imo percupio.] *Amatoriè, non volo, ſed perc* Hunc tu in ædes.] *Pronomen in his plus valet, qua* *cuſatio, Hunc tu in ædes cogitas. Mirè cum illa ta* *lit, cogitas, dixit, volens vt recogitet.* Cogitas in æd cipere poſthac.] *Per ancillæ verba vult oſtendere,* *ſit tractandorum adoleſcẽtium perita meretrix.* Poſt *Poſt hoc factum, poſt hanc audaciam.* Crede hoc m dei.] *Puellariter dixit meæ fidei.* Dabit hic aliquai gnam.] *Pro, ſtupro, vt, At non in venerem ſegnes, ne* *naq; bella: vt, Vereturq; bella, & ingens facinus. vt* *Vicimus o ſocij, & magnam pugnauimus pugnam.* *autẽ, propriè pro inducet, vt, Magnam dabit ille ru* Ahu tace obſecro.] *Ahu interiectio eſt perturbat* *lieris: vt apud Græcos ἰὼ.* Parum perſpexiſſe vider audaciam.] *Parum ἀρωνεία eſt. Et non ſenſiſſe, ſed p* *xiſſe dixit: vt iam non ſit experienda illius audacia,* *perſpecte cognita.* Non faciam Pythias.] *Bene &* *liter appoſitum Pythias.* Non pol credo Chærea, commiſſum non erit.] *Iocularitet, vt & ille, Pyth* *xit: ita hæc Chærea.* Quin Pythias.] *Iterum nome* *tuoſè eſt additum: quin, pro imo.* Neq; pol ſeruai tibi quicquã dare auſim.] *Totũ garrule & geſticu* *puellam cum adoleſcentulo fabulari videas.* Adeſt me, ipſe frater.] *Optimè, opportunè, & non eſt adc* *cuius frater, vtpote in re manifeſta.* Nolo me in vi hac veſte videat.] *Subtiliter adoleſcens, quia nihil* *cerat dicendo, percupio, inuenit cauſam qua ſtatim i* *poſſit.* Quamobrem tandem?] *Pro tamen. Interr* *hæc increpationem continet impudentiſſimi facti.* Ar pudet?] *Hæc interrogatio irriſionis plena eſt, in eum* *nihil pudet.* Idipſum.] *Hoc velut modeſto vultu d* *adeò vt imitetur dictum, vultumq; eius Pythias.* verò.] *ἀρωνικῶς. nam ἀρωνεία eſt: vt, Egregiam ve* *dem.* Virgo.] *Quaſi qui minimè pudicitiæ ſtatum,* *recundiæ virginalis, veneretur.* I præ, ſequor.] *I* *feſtum eſt, cur meretrix docta capiendorũ iuuenum,* *re velit Chæream, & in conſequendo ipſa ſit tardior* *enim liberum ſine arbitris cum puella eſſe colloquiu* *licitum amorem. Niſi fortè putamus Terentium h.*

iſſe, qui ſit artificioſiſſimus poeta: nam neque ipſa
ir cum Chærea, neq; ingredi ſimul permittit Phæ-
'u iſtuc mane: vt Chremem introducas.] Re-
Pythias ob multas cauſas: & inprimis, vt poſſit per
ſus Parmeno pauore ſuo ſenem cõpellere ingredi
ricem, & præſentẽ fieri ad confirmandas nuptias.

CTVS V. SCENA III.

HIAS. CHREMES. SOPHRONA, nutrix.

? quid venire in mentem nunc poſſit mihi? Senarij.
idnam? qui referam illi ſacrilego gratiam,
ıc ſuppoſuit nobis? CH. moue verò ocyus
x. SO. moueo. CH. video: ſed nil promoues.
ne oſtendiſti ſigna nutrici? CH. omnia.
abò quid ait? cognoſcítne? CH. ac me-
er.
: ædepol narras. nam illi faueo virgini.
: iamdudum hera vos expectat domi.
onum eccum Parmenonem incedere
vide, vt ocioſus ſit, ſi diis placet.
ıe habere, qui hunc meo excruciem modo.
ò, de cognitione vt certum ſciam:
o, atque hunc perterrebo ſacrilegum.

? quid venire in mentem.] *In hoc loco cogitan-*
iſputatio eſt apud ſeipſam Pythiæ, quatenus Par-
: dolo poſſit vlciſci. Quidnam?] *Sic Cicero, Sed ea-*
m artificem, quem? quẽmnam? rectè admones,
m eſſe dicebant. Qui referam.] *Qui, quomodo,*
ui hunc ſuppoſuit nobis?] *Propriè ſuppoſuit.*
ubduci dicuntur quæ nolumus amittere, ita ſup-
non deſideramus. Sic Plautus, Ei pro ſcorto ſup-
hircus vnctus nautea. Moue verò nutrix.] *Verò,*
iectione poſuit ſtomachantis. Video, ſed nihil
ıes.] *Hinc eſt illud Vergil. Illa gradum celerans*
operabat anili. Scilicet, non re celerabat, ſed ſtu-
noues.] *Proficis.* Amabo quid ait? cognoſcít-
ibi, tum ſpectatori eſt quid poſt ſcenam geratur, id
io puellæ. Ac memoriter.] *Plus intulit quam in-*
atur. nam magna ſunt ſigna in quibus anilis me-

moria non errat. Ac memoriter.] *Reſponſionis b[...] attulit compendium perquirenti, ne plura inter[...]*
Nam illi faueo virgini.] *Quaſi dicat illi faueo, n[...] reæ. & ſimul cauſa eſt cur illum vlciſci cupiat: quia [...] multum illi fauet.* Virum bonũ.] *ἀρωνεία.* Eccu[...] menonem incedere video.] *Res odio dignior, [...] ſcilicet inceſſus.* Vide vt ocioſus ſit.] *Inuidet ill[...] tatem, quem ſolicitum redditura eſt, nõ enim vlla [...] vindictæ poſt, præter iſtam.* Vide vt ocioſus ſit. *dicit, & geſtu eum eſſe ſecurum. Et mirè poeta Le[...] ſcribit, vt repentè oſtẽdat eſſe commotum.* Si diis [...] *Proprium eſt exclamantis propter indignitatẽ ali[...]* Spero me habere.] *Pro habiturã, aut ſpero pro c[...] re ſuo.* Meo modo.] *Id eſt, vt volo.* Ibo intro de[...] tione vt certũ ſciam.] *Eleganter defatigare Parm[...] neceſſarium putat, ſed ex occaſione. Nam poſt eu[...] ire intro: exitura autem, vt ipſum in timorem co[...]*

ACTVS V. SCENA IV

PARMENO. PYTHIAS.

Senarij.

REuiſo quídnam Chærea hic rerum gerat.
Quod ſi aſtu rem tractauit, dij voſtram fi[...]
Quantam, & quam veram laudẽ capiet Pa[...]
Nam vt omittam, quòd ei amorem difficili[...]
Chariſſimum ab meretrice auara, virginem
Quam amabat, eam confeci ſine moleſtia,
Sine ſumptu, ſine diſpendio, tum hoc alteru[...]
Id vero eſt, quod mihi puto palmarium,
Me reperiſſe, quomodo adoleſcentulus
Meretricum ingenia, & mores poſſet noſcer[...]
Maturè vt cùm cognouerit, perpetuò oderi[...]
Quæ dum foris ſunt, nihil videtur mundius,
Nec magis compoſitũ quicquã, nec magis [...]
Quæ cum amatore ſuo quum cœnant, ligu[...]
Harum videre ingluuiem, ſordes, inopiam,
Quàm inhoneſtæ ſolæ ſint domi, atque aui[...]
Quo pacto ex iure heſterno panem atrum v[...]
Noſſe omnia hæc, ſalus eſt adoleſcentulis.
PY Ego pol te pro iſtis dictis & factis, ſcelu[...]
Vlciſcar: vt ne impunè in nos illuſeris.

o quidnam Chærea,&c.aſtu.] *Pro aſtute,mo-duerbium eſt,alias nomen: vt, An in aſtu venit? dij* n fidem.] *Modo non inuocantis eſt,ſed admiran-ſi figura ἐπιφονήμει ἐκφώνησιν facta.* Nam vt o-ı quod ei amorem difficillimum & chariſ-.] *Cum diceret deberet,quòd ei amorem & difficil-& chariſſimum confeci: primo quaſi oblitus dicti ris, tranſit ad virginem, deinde addit cauſam ex a-iti. Quod ſi dixiſſet, amorem confeci:poſſit intelligi expediui, perfeci. At vero virginem confeci, quid emus, niſi hoc vnum quod inſultat Parmeno, con-virginem, quaſi dicat ſuperatam atque deductam: oprie hoc verbum conuenit gladiatoribus iis, qui mis vulneribus occubuerunt. Sic Cicero in Catili-ladiatori illo confecto & ſaucio. Conuenit ergo ſer-verbis, & veluti iocoſe, veriſimiliterque iactanti fectam eſſe in puella virgine:& non exhibere Chæ-inum vel negocium.* Ab meretrice auara: virgi-uam amabat.] *ἀπὸ κοινοῦ ſecũda. Difficillimum, rginem quam amabat: Chariſſimum,quia à mere-ara.* Id verò eſt.] *Vero,niſi ornatiuum eſſet,nihil aret.* Palmarium.] *Palma dignum.* Meretricum a.] *Optime,non meretricis dixit,ſed potius meretri-* ature.] *Cito,& ante tempus.* Vt cum cognorit.] *er,non nouerit, ſed cognouerit dixit: quod eſt plenæ aciæ.* Mature vt cum cognorit.] *Bene addidit ma-ere enim cito cognouiſſe obfuit:ſed id ad illecebram uod * cognitus eſt cito.* Quæ dum foris ſunt.] *A-iantes ſcilicet.* Nihil videtur mundius.] *Bene vi-non enim ſunt.* Nec magis compoſitum quic-.] *Bona varietas, nam nec omnia per magis aduer-profert,nec omnia per comparatiuum gradum.* Nec elegans.] *More ſuo,ne diceret compoſitius,aut e-ius: vt ſupra, Hoc nemo fuit minus ineptus,magis ſe-* Quæ cum amatore ſuo quum cœnant.] *Vnum præpoſitio eſt, alterum coniunctio. & dicitur hæc fi-ειπτώσεις.* Liguriunt.] *ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ, quod ſecun-Græcos ſuaue intelligitur. Ligurire dicitur, qui ele-& more ſenum multo faſtidio ſuauiora quæq; de-*.Harum videre ingluuiem.] *Ordo erat, harum vi-dere*

dere ingluuiem, ſordes, inopiam, quàm inhoneſtæ ſ domi, id eſt, cum ſolæ ſint, vt inhoneſtæ atque aui quæ cum foris ſunt, cœnant ſcilicet. Quo pacto ex *Ex pro cum poſitum eſt, aut deeſt madidum, aut ratum, aut emollitum. nam apparet & ſordidum quaſi atrum, durumque panem, qui ex iure heſt comedendus. Cui contrarium Salluſtius poſuit de militum loquens, Panes enim in dies mercari, inq* iure heſterno panem atrum vorent.] *Hoc eſt, dam volunt, ex antiquitate mucidum: quaſi dicat, mucidum heſterno iure, accipientes deglutiunt.* E te pro iſtis dictis & factis, ſcelus vlciſcar.] *Mi ficio poetæ, & ab initio non placatur Pythias, nec tiam redit Chæreæ. Et inſuper nunc mire à Parmen ritatur magis: vt per eam Parmeno terreatur, & pe menonem ingredi ad Thaidem cogatur ſenex: & per ſenem nuptiæ confirmentur. Hæc ergo artificib ruditis, cæteris ſpectatoribus Poeta exhibet.*

ACTVS V. SCENA V.

PYTHIAS. PARMENO.

Troch. cat.

PRoh fidem deûm, facinus fœdum, ô infeli
dolescentulum,
O ſceleſtum Parmenonem, qui iſtum huc ad
PA. quid eſt?
PYT. Miſeret me: itàque vt ne viderem, miſe
effugi foras:
Quæ futura exempla dicunt in eum indigna
ô Iupiter
Quæ illac turba eſt? númnam ego perij? adibo
iſtuc Pythias?
Quid ais? in quem exempla fient? PY. rogitas
ciſſime? (leſcent
Perdidiſti iſtum, quem adduxti pro Eunucho
Dum ſtudes dare verba nobis. PA. quid ita? au
factum eſt? cedo.
PYT. Dicam: virginem iſtam, Thaidi hodie qu
no data eſt,
Scis eam hinc ciuem eſſe, & eius fratrem ad
nobilem?

Neſcio. PYT. atqui ſic inuenta eſt: eam iſte vi-
iit miſer.
i id reſciuit factum frater violentiſſimus.
uidnam fecit? PY. Colligauit primùm eum mi-
s modis. PA. * Hem, *Hem extra metrum eſt.
gauit? PYT. atq; equidem orante vt ne id face-
Thaide.
uid ais? PY. nũc * minatur porrò ſeſe id, quod * al. minitatur.
chis ſolet.
ego nunquam vidi fieri, neq; velim. PAR. qua
acia
m facinus audet? PYT. quid ita tantum? PAR.
on hoc maximum eſt?
omo pro mœcho vnquã vidit in domo me-
cia
hendi quenquam? PY. neſcio. PAR. at ne hoc
ias, Pythias:
edico vobis, noſtrum eſſe illum herilem fi-
i. PY. hem,
to an is eſt? PAR. ne quam in illum Thais vim
ſinat:
deò autem cur non egomet intro eo? PY. vi-
armeno
gas, ne neq; illi proſis, & tu pereas. nam hoc
nt,
d factum eſt, ex te eſſe ortum. PAR. quid i-
r faciam miſer?
e incipiam? ecce autem video rure redeun-
ſenem.
huic, an non? dicam hercle, etſi mihi ma-
m malum
ratum; ſed neceſſe eſt, huic vt ſubueniat. PY.
s.
eo intro: tu iſti narrato omnem rem ordine,
actum ſiet.

fidem deûm!] *Vim magnam oſtendit, deorum*
rans fidem: quaſi in hoc negotio nihil poſſit huma-
nſilium. Proh fidem deûm.] *Simulata pertur-*
ſui Parmenonem terret Pythias. Proch fidem
deûm.]

deûm.] *Hæc ſingula pronuncianda ſunt pauido c* *nito vultu.* Fœdû.] *Crudele. Salluſtius, Fœdi oculi* felicem adoleſcentulum!] *Plus eſt miſeriam ad* *tis dicere Pythiam, quàm iraſci ei.* O ſceleſtum P nonem!] *Vt verba ſunt, periit profectò miſer ado* *cum in eodem peccato iraſcitur Parmenoni Pythi* *Chæreæ.* Miſeret me.] *Hæc omnia quaſi ſecum loq* *& fingit ſe neſcire quod aſſiſtat Parmeno.* Quæ exempla dicunt in eum indigna?] *Graues, quæ* *poſſunt cæteris documento eſſe, exempla dicuntur.* I indigna.] *Modo per indigna, fœda, crudeliaq; ſigni* *Vergilius, Atq; illi miſerum in littore ſicco, Vt ven* *dent indigna morte peremptum.* Quæ illic turb *Quæ loquitur, aut quam oſtentat ex vultu ac dict* *apparet, vultum Pythiæ turbam dicere: vt in And* *quid Pamphilum exanimatum video? Vereor quic* *periar vt ſciam nunquidnam hæc turba triſtitiæ a* Rogitas audaciſſime?] *Totum hoc terribile eſt* *ac vultu Pythiæ, & nimis vſitatum & fœmineum* didiſti iſtum quem adduxiſti, &c.] *Artificioſe* *cuſat quid peccauerit aduerſus Thaidem, quaſi ex* *doleſcentis plus doleat, quàm iraſcatur Parmenoni* ſtudes dare verba nobis.] *Bene, ſtudes dare, ne* *dediſti.* Quid ita?] *Deeſt dicis: vt ſit, quid ita dici* eam hinc ciuem eſſe.] *Eam abundat: quemadm* *ſupra: Quam amabat virginem, eam confeci ſine m* Et fratrem eius eſſe apprime nobilem.] *Hæc ad* *rem, & gratiam aucta ſunt. Nam primo virginem* *poſt ciuem, ad vltimum nobilis ſororem.* Neſcio. *turbatur Parmeno: nec negare potuit, nec conſentir* *bat: ſed quaſi defenſionis loco dixit, Neſcio.* Atqui uenta eſt.] *Facile eſt vt credat, qui dicit, Neſcio. Er* *thias non laborat, vt ſuadeat ciuem eſſe.* Atqui ſic i ta eſt.] *Magnum horrorem incutit audienti, non ac* *do, ſed miſerando Chæream.* Frater violentiſſimu *inuentum eſt, quod daretur ad nobilem.* Colligau mo eum.] *Mira tarditas, ad torquendum Parme* *ſimul etiam relictus ad ſuccurrendum locus.* Atq; dem orante ne id faceret, Thaide.] *Adeo violeti* *& rectè hoc additum, ne ſperet auxilium à Thaide.*

·.] *Minatur, vt ſuccurri poſſit ei qui non ſit paſ-* atur porro ſeſe.] *Deeſt facturum.* Quod mœ- :t.] *Deeſt fieri.* Quid ita tantum?] *Nimis calli- is hunc dicit violentum: & tamen iniuſtum, au- dici nõ patitur, ſed defendit, vt magis terreat Par* :. Quis homo pro mœcho vnquã.] *Cauſa fi- ginem ciuem apud meretricem vitiauit: merce- i:petitur ad ſupplicium.* Neſcio.] *Quam aſtutè io, ne laborans ad contradicendum, amitteret fi- licis perſonæ ac vera dicentis. vult enim magis icio fungi, quàm perſuadentis.* Dico, edico.] *vt ſuprà, Vbi quæram, vbi inueſtigem?* Dico.] *ias.* Edico.] *Omnibus tuis. Ergo ad vniuerſos refertur, & dico & edico.* Obſecro an is eſt?] *is. vt in Phormione, Hiccine eras? nã ſciebat eum* quam in illum Thais vim fieri ſinat.] *Quàm idet Pythias.* Atq; adeò autem cur non ego- o eo? Pyth. Vide Parmeno, quid agas, ne ne- rofis, & tu pereas.] *Totum hoc ad id addidit, ntromittatur ad confirmandas nuptias: ſed poe- , perſonæ neſciunt.* Quídve incipiam?] *Faci- iocria, incipimus ingentia.* Ecce autem video euntem ſenem.] *Choragij eſt adminiſtratio, vt è in proſcenium.* Dicam huic an non?] *Hoc non ſimile, niſi dubitaſſet. Quid enim ad Chæreã per- itat.* Scio paratum, ſed neceſſe eſt.] *Hæc cau- ndi fuit: quod hinc Parmenonis, illinc adoleſcen- lũ cernitur.* Sapis.] *Sapis dicit, non videns quid fit: ſed tantum deriſiſſe contenta.* Sed neceſſe uic.] *Dicere ſubaudiendum eſt: vt ſit, Sed neceſſe . & ἀσυνδέτως inferendum eſt quod ſequitur. m propterea, vel quid tale.*

.CTVS V. SCENA VI.

SENEX. PARMENO.

o propinquo rure hoc capio commodi: — Senarij.
agri, neq; vrbis odium me vnquã percipit.
etas cœpit fieri, commuto locum. — al. ſatias.
t ne ille noſter Parmeno? & certè ipſus eſt. — * In Sed aut
ræſtolare Parmeno hic ante oſtium? — s eliditur,
PA. Quis — aut d-

PAR. Quis homo eſt? ehem, ſaluum te aduc
re gaudeo.
SEN. Quem præſtolare? PA. perii. lingua hæ
tu. SEN. hem.
Quid eſt, quod trepidas? ſatis'ne ſalue? dic n
PA. Here primùm te arbitrari id quod res eſt
Quicquid huius factũ eſt, culpa nõ factum
SEN. Quid? PA. Rectè ſanè interrogaſti: opo
Rem prænarraſſe me: emit quendam Phædı
Eunuchũ, quẽ dono huic daret. SE. cui? PA.
SE. Emit? perij hercle, quanti? PAR. viginti n
SEN. Actum eſt. PAR. tum quãdam fidicina
hic Chærea.
SE. Hem, quid? amat? an ſcit iam ille, quid n
An in aſtu venit? aliud ex alio malum.
PA. Here ne me ſpectes: me impulſore hæc 1
SEN. Omitte de te dicere: ego te furcifer
Si viuo: ſed iſtuc quicquid eſt, primum exp
PA. Is ꝓ illo Eunucho ad Thaidẽ hanc dedu
SEN. Pro Eunuchon? PAR. ſic eſt: hunc p
cho poſtea
Comprehendêre intus, & conſtrinxêre. SE.
PA. Audaciam meretricum ſpecta. SE. nunq
Aliud mali, damnîve, quod non dixeris,
* Reliquum? PA. tantum eſt. SE. Ceſſo huc i
rumpere?
PAR. Non dubium eſt, quin mihi magnum c
ſit malum,
Niſi quia neceſſe fuit hoc facere, id gaudeo,
Propter me hiſce aliquid eſſe euenturum ma
Nam iam diu aliquam cauſam quærebat ſen
Quamobrem inſigne aliquid faceret: is nun
rit.

* Fortè relictum.

EX meo propinquo rure hoc capio cõmoc
*notandum, quod huius ſenis nomen apud Terer
eſt: apud Menandrum Simon dicitur.* Ex meo p
quo rure hoc capio commodi.] *Firmatur ſtat
tis trepidantis ſenis, vt appareat quàm inopinato
mens fieri poſſit, quod ipſum ſuperius & in Par
ſeruatum eſt. Imparatis enim mentibus mala maio*

ıunc tam ocioſus incedit ſenex, vt neq; mores incre-
: quicquam ſuſpicetur mali, ſed agat gratias proxi-
læ: cuius beneficio non ſcit quid in vrbe agerent ſi-
ıunc adeſt vbi opus eſt Poetæ. Et vide hanc cauſam
cur non ad villam diuerterit. Omnes villas comicas
anas eſſe, commoditatem ipſam nunc explicat, & o-
Neq; agri neq; vrbis.] *Tragicus apparatus. De-*
temorat, qui pericula cogniturus eſt Odium me
m percipit.] *Faſtidium ex abundātia eſt.* Vbi ſa-
cœpit fieri.] *Suffecerat ad hanc ſententiam duo*
ris ij verſus: ſed ἐνεργέια eſt ſenilis eloquij, faceti,
uli ſimul. Commuto locum.] *Mira breuitate*
s explicuit ſimul. Vbi ſatietas eſt.] *Deeſt nam: vt*
vbi ſatietas cœpit fieri. Et cœpit pro cœperit. Satie-
um: ab eo quod præcedit, id quod ſequitur. Sed
lle noſter Parmeno? & certè ipſus eſt.] *Et du-*
& firmauit poſteà, vtpote ſenex viſu iam langui-
oculis ætate defeſſis. Quem præſtolare Parme-
ue non cui præſtolare, ſed quem dixit. Aliter Tul.
i ad forum Aurelium præſtolarentur. Præſtolari,
o eſſe, & apparere, hoc eſt obſequi. Quis homo
tare, quis homo, cum prouiderit venientem: vtrum
t videri prouidiſſe, vt quid fallaciæ paraſſe videa-
& in Andria, Quaſi de improuiſò reſpice ad eum.
: perturbatur exanimatus: quis dum, quid apud
ı geratur, auſcultat, non videt ſenem propius ac-
quem longè viderat. An verò idcirco hoc fingit,
od parabat dicere de Chærea, poſtquam cominus
eſt, non audet loqui? Lingua hæret metu.]
s, Et vox faucibus hæſit. Quid trepidas?] *In-*
eſt ſeni ad audienda quæ de facili nunquam fa-
Parmeno. Satiſne ſalue?] *Salue, integrè, rectè,*
è. Plaut. in Trinummo, Beneuolens tuus atq; ami-
ſne ſalue?] *Nunc aduerbium eſt, & producta*
ra. Sall. Inde ortus ſermo, percontantibus vtrin-
n' ſalue, quàm grati ducibus ſuis, quantis fami-
copiis agerentur. Here primùm te arbitrari id
s eſt velim.] *Quod ante narrationem confirma-*
itur, contra morem & præcepta eſt: ſed merito,
*turbatus eſt. licet ſimul * vt non poſſit dicere.*

Quicquid huius factum eſt.] *Abſolute vt ſup quicquid huius feci, cauſa virginis. Aut deeſt rei huius rei. Stomachoſe, Quid? interrogat, quis eni crimen, quàm obiiciatur aut proponatur, neget?* Re ſte.] *Docte Terentius ipſe ſe reprehendit. Nam ora ctum non eſt præ timore & conſcientia.* Emit que Phædria Eunuchum.] *Vide narrationẽ à neceſſi vrgentibus cœptam non in ſe continere, niſi quod ra tio cogit fateri: Emit, inquit, Eunuchum, Quem do daret. Non dixit, cui dono daret. Aliter ab amoris ne cœpiſſet. Deinde τὸ quendam ἐξουθενισμὸν ſig* Huic.] *Huic more ſuo dixit potius quàm meretrici etiam interrogatus, Thaidi potius dicturus eſt, q nomen dicat, quo offenditur ſenex. Eunuchi aute mentio neceſſaria eſt, quia dicturus eſt pro Eun ductum Chæream.* Actum eſt.] *Deſperantis* Quandam fidicinam.] *Extenuatio criminis quod virginem, quod ciuem vitiauerit.* Tum qu fidicinam amat hic Chęrea.] *Mire & neceſſar uit: ille emit, vt Eunuchum mittat ad Thaidem: h vt deduci pro Eunucho velit.* Hem quid amat?] *gula pronuncianda ſunt, vt ſtuporem nimiæ indig oſtendat.* An ſcit iam ille quid meretrix ſiet?] *dicina meretrix eſt.* An in aſtu venit?] *in aſtu, i de Peiræo. ſic Athenienſes vocabant vrbem ſuam pſi incolæ ἀστοὶ vocantur.* Aliud ex alio malum. *paratim dixit ſenex, fixis in Parmenonem oculis.* pulſore hæc non facit.] *Ipſum accuſat conſcie enim quod leuius eſt, dixit, me ſciente, quum plu me impulſore.* Ego te furcifer ſi viuo.] *Modo c uitia comica aut in cõmutatione eſt, aut in appa borum.* Si viuo.] *ἀποσιώπησις te vlciſcar, quia ſequitur.* Sed iſtuc quicquid eſt.] *Inuenta c ſupplicia differantur, donec vxorem ducat Chære purget Parmenonem, ſecundum argumenta qu proſpexit, iuſſu coactuq; feciſſe & imperio heril Chæreæ ſcilicet.* Ad Thaidem hãc deductus e *ductor ipſe ſceleratus.* Pro Eunuchon?] *Non in ſed exhorreſcit.* Hunc pro mœcho poſtea.] *amat Terentius, Pro bis numero dicere, & pro 1*

ꝰ mœcho. Pro mœcho autem quaſi accuſans dixit. Nã n virginem Atticam non pro mœcho, ſed mœchus eſt. : pro mœcho poſtea.] *Bene vtrumque Pro, quia unuchus eſt qui vitiauit virginem, neque mœchus domo meretricia. Et ſpecta quàm oratoriè tranſlu- ientionem vitiatæ virginis, pro mœcho, inquit: vt cul hæreæ ſub meretricis accuſatione cœlaret.* Hunc p o.] *bene totum pro: quia neq; Eunuchus, qui e- ,neq; adulter, qui amator.* Comprehendere in- : conſtrinxere.] *Quo dicto vim ingentem inferri at Chæreæ. Comprehendere ſignificat ſtrictim ali- n facinore deprehenſum.* Audaciam meretricum .] *Maior ἔμφασις accuſationis eſt per pluralem nu- ,quàm ſingularem. Sic alibi, An potius ita me com- non perpeti meretricum contumelias?* Audaciam icum.] *Oratorie auertit iram ſenis à ſe & à Chæ- que deriuat in meretricem.* Nunquid eſt aliud amníve?] *Bene interrogat: quia omnia inuitus dicere videbatur. Et cum damnum, malum ſit, imo collocatum diſcernitur: & damnum ad em- Eunuchi, malum ad comprehenſum pertinet & tum Chæream.* Ceſſo huc intro irrumpere?] *In formidinem coniectus eſt ſenex, vt non miremur cito nuptias firmet ephebi, & virginis: & quam- honeſte, tamen quia ex ingenti metu vel indigno onio filij vitam paciſci velit.* Non dubiũ eſt, quin agnum ex hac re ſit malum.] *Suaue eſt neſcire quid agat poeta. Ita non periclitaturus Parmeno.* ia neceſſe fuit.] *Neceſſe eſt nomen. Nam neceſ- ſis, & neceſſitas, & neceſſum lectum eſt.* Id gau- *Scilicet, vt ſuccurratur Chæreæ periclitanti.* Pro- .] *Plus dixit, quàm ſi per me diceret.* Hiſce ali- *Meretricibus, non adoleſcentibus, & item plurali- nore: vt, Audaciam meretricum ſpecta: &, Non neretricum contumelias.* Nam iam diu aliquã quærebat ſenex.] *Nota cauſam pro occaſione.* obrem aliquid inſigne faceret.] *Manifeſtius ander explicat iampridem infeſtum meretrici ſe- t corruptum ab ea Phædriam, nunc demum ſe in- caſione vindicaturum.* Quamobrem.] *Quã*

dixiſſet Cauſam, intulit quamobrem. Inſigne aliq *Magnum & nobile.* Facinus faceret.] ἰδιωτικῶς d

ACTVS V. SCENA VII.

PYTHIAS. PARMENO.

NVnquam ædepol quicquam iam diu quo gis vellem euenire,
Mihi euenit, quam quod modo ſenex intro venit errans.
Mihi ſolæ ridiculo fuit: quæ quid timeret * ſci
PA. Quid hoc autem eſt? PY. nunc id prodeo, v uentam Parmenonem.
Sed vbi obſecro eſt? PAR. men' quærit hæc? P eccum video: adibo.
PAR. Quid eſt inepta? quid tibi vis? quid ride gin'? PY. perij.
Defeſſa iam ſum miſera te ridendo. PAR. q PY. rogitas?
Nunquam ædepol hominem ſtultiorem vi videbo: ah
* Non poſſum ſatis narrare quos ludos pra intus.
At etiam primo callidum & diſertum credid
PAR. Quid? PYT. ilicóne credere ea quæ dixi tuit te?
An pœnitebat flagitij, te autore quod feciſſ
Adoleſcens, ni miſerũ inſuper etiam patri in
Nam quid illi credis animi tum fuiſſe, vbi ve
Illam eſſe eum indutũ pater? equidẽ ſcis te p
PA. Hem quid dixti peſſuma? an mentita es rides?
Itáne lepidum tibi viſum eſt, ſcelus nos irrid nimium.
PA. Siquidem iſtuc impune habueris. PYT. PA. reddam Hercle. PY. credo.
Sed in diem iſtuc Parmeno eſt fortaſſe quo tare:
Tu iam pendebis, qui ſtultum adoleſcentul
Flagitiis, & eundem indicas: vterque in te e * edent.

* Sciebã diſſyllabum.

* al. Non pote ſatis narrare.

al. edet.

P

ıllus ſum. PY. hic pro illo munere tibi honos
ıabitus:abeo. (rij.
met meo indicio miſer, quaſi ſorex, hodie pe-
ıquam ædepol quicquam iamdiu.] *Pythias e-*
ditur veluti irriſura Parmenonem, vt ipſa putat.
tutē à poeta cogitur, vt doceat populum quid intus
enex. Ergo perſona cachinnans inducitur, quærens
nonem: aſpectuque eius ob nimium riſum vix loqui
unquam ædepol quicquam.] *Rarum eſt eueni-*
l velis: & quod maxime velis, id rarum magis. In-
nos venit errans.] *Non greſſu errans, nec via, ſed*
& opinione. Mihi ſolæ ridiculo fuit.] *Soli regu-*
dicitur: ſolæ non rectè ſed antiquè: vt alibi, Hoc i-
inere, alteræ dum narrat, forte audiui. Quid hoc
eſt?] *Ridentem miratur Parmeno.* Nunc id pro-
ropter id. Quid rides? pergin'?] *Ex huius verbis*
quam multum rideat petulans puella. Perij.] *Pro-*
verbum eſt aptum, quaſi ſit laſſa ridendo. Nun-
pol hominem ſtultiorē vidi.] *Poſtquā rogas di-*
quaſi narratura videbatur; & redit ad inſultatio-
uos ludos præbueris.] *Ex errore, & metu nimio*
redentis conſtrictum filium ſe offenſurum in domo
cis. At etiam primo callidum ac diſertū cre-
ıminem.] *Hæc omnia ſic in ſcena pronūciata ſunt,*
interrumpi verba puellæ viderentur. Maiorisque
ionis eſt, ſi is qui fatigat alterū, dicat ſe ante de illo
liter ſenſiſſe. Ilicone credere.] *Non ideo hoc dicit,*
rſonæ ſuæ fidem deroget: ſed quod res incredibilis
uam illi perſuaſerit: aut certe ſi credendum fuerit,
im, neque examinata, neque facta rei cognitione.
: credere.] *Obiurgatio de tempore.* An pœnite-
gitij.] *Illud quod ſupra, à ſtulto: hoc quod nunc di-*
ılo geri potuit: illud ab imprudente: hoc quod peius
ınte. An pœnitebat flagitij.] *Paruum videba-*
: alibi, Quantum hic operæ fiat, pœnitet. Plautus
ulento, Pœnitétne te quod ancillam ſolam nimis
? Ni miſerū inſuper etiā patri indicares?] *Duo*
enum quod male conſuluerit: alterum quod male
rit conſilia ſua. Et bene indicares. nam indicium di-
us qui vnà peccauerit. Nam quid illi.] *Adole-*

ſcenti ſcilicet. Ni miſerum inſuper etiam indicare tri?] *Ad inuidiam Parmenonis, miſerum dicit adole tem: eo modo quo Iuno accuſans Venerem, ait, An m qui Troas Achiuis Obiecit. Sic enim agimus, cum qui falſo rei ſunt, in autores culpam ſceleris remoue* Quid eſt? iam ſcis te periſſe.] * *Hoc modo ſtupen ac culpam fatentibus dicitur.* Hem quid dixti p ma?] *Nunc demum intelligit Parmeno ſe eſſe deli* Etiam rides?] *Apparet eam ex huius ſtomacho veh tius cachinnare.* Nos irridere?] *Nos ſuperbius dixi ſi diceret me* Siquidem iſtuc impune.] *Subauditu nimium.* Verum?] *Irridentis interrogatio.* Sed in iſtuc.] *In longam dilationẽ, vnde dilatio eſt dicta, di latio.* Tu iam pendebis.] *Iam nimiam velocitatem ficat.* Nobilitas flagitiis, & eundem indicas.] *D ſignificat ſimul, & cogis flagitia facere, & facienten cas.* Vterq; in te exempla edent.] *Noua ac mira ta, quæ pro exemplis narrentur, aut quæ documen cæteris ne delinquant exempla dicuntur. Et edent, legitur: ſi edẽt, figuratum eſt, ſi edet, rectè. Et plus e quàm dabit.* Nullus [illegible].] *Hoc ſecum Parmeno.* E illo munere tibi honos eſt habitus ab eo. [illegible] *& μεταφορικῶς pro munere. Et honos rumigeruli ri ſolet.* Egomet meo indicio miſer, quaſi ſo rix.] *Proprium ſoricum eſt vel ſtridere clarius quã v[illegible] magis [illegible] obrodunt friuola, ad quam [illegible] intendentes, quamuis per tenebras noctis [illegible] [illegible]. Plaut. Confeſſorem te faciam ſoricina* Quaſi ſorex hodie perij.] *Quia latere potuit, ne ſi taceret.* Egometmeo indicio.] *Prouerbium in [illegible] produnt quia ſorex non facilè caperetur, niſi ret vocem noctu.*

> al. hoc non ſtupentibus, ac culpam patientibus dicitur.

ACTVS V. SCENA VI

GNATO, THRASO.

> Trochcatal.
> al. incœptas.

Qvid nunc? qua ſpe, aut quo conſilio hu quid * cœptas Thraſo?

THR. Egone? vt Thaidi me dedam & facian iubeat. G. quid eſt?

THR. Qui minus quàm Hercules ſeruiuit O

; N. exemplum placet.
n tibi commitigari videam ſandalio caput.
res crepuere ab ea, perij. TH. quid hoc autem
nali?
ego nunquam videram; & iam hinc quid'nam
perans proſilijt?
id nunc? qua ſpe, aut quo conſilio huc imus?] *miniſcere hũc eſſe, qui ſupra militi dixerit de Thai- dudum te amat. & rurſus, Iam tibi hæc aderit ſup- vltro. & hinc videbis quos exitus habeat aſſẽtatio. n militi autor eſt ſummæ deſperationis. Et animad- quod ſemper à menſa Gnato inuitus abſtrahatur; r ſupra cum ad litem venitur, ex verbis Thraſonis ſtum eſt, Gnatonem inuitum ſequi, vbi dicit, Hanc- o vt contumeliam tantam, iam inſignem nunc acci- Gnato? Mori me ſatius eſt. Et bene, qua ſpe, & quo : tanquam omnia expertus, & nec muneribus , nec terroribus metuendus.* Quid nunc? qua *Paraſitus intelligit quid agat miles: ſed ad hoc in- tr interrogare ipſum militem, vt populus audiat quo o veniat ad Thaidem.* Quid nunc? qua ſpe?] *ia deſperatio eſt apud militem reconciliandæ amicæ, , vt æquo animo ferat admitti Phædriam, dum ipſe te recipiatur. nam non in fine fabulæ contriſtandus* Quid inceptas Thraſo?] *Incipere magnorum fa- im eſt, & audaciæ.* Vt Thaidi me dedam.] *Poſt tionem belli, & inſtructionem pugnæ quid ſequa- iſi deditio ſuperatorum?* Et faciam quod iubeat.] *ie: nam in deditione victores iubent: victi obſe- tur.* Qui minus quàm Hercles ſeruiuit Om- e.] *Hic Terentius exprimit conſuetudinem in qua i- is rationes criminum, & exempla ſuppeditant. nam ſuprà de Pyrrho. Omphale Lydiæ regina fuit, hæc ulem ſibi ſeruientem etiam ad lanificium compulit: ipſa calathum, & colum, cultuſque fœmineos ſa- , & claua, leoniſq; tegmine mutaſſet.* Seruiuit Her- s Omphale.] *Subauditur, & ego ſeruiã Thaidi.* Vti- tibi commitigari videã ſandalio caput.] *Cõmiti- eſt tondendo deprimi atque deponi.* Sandalio ca-] *Plus dixit caput, quàm ſi aliam partem corpo*ra

ris diceret verberari. Et mirè, calceamento caput ver ri. Perij quid hoc autem mali eſt?] *Eunuchi l Chærea, ſed virili confidentia proſilit, & militem vel ui riualis terret aſpectu.* Hunc ego nunquam ram.] *Ideo Chæream miratur.*

ACTVS V. SCENA IX

CHAEREA. PARMENO. PHAEDRIA. GNATO. THRASO.

Iamb. tet. catalect.

O Populares, ecquis me viuit hodie fortunati
Nemo Hercle quiſquam; nam in me pla
poteſtatem ſuam (comn
Omnem oſtendere, cui tam ſubito tot congru
PA. Quid hic lætus eſt? C. ô Parmeno mi, ô me
voluptatum omnium
Inuentor, inceptor, perfector: ſcin' me in quibu
gaudijs?
Scis Pamphilam meam inuentam ciuem? PA.
ui. C. ſcis ſponſam mihi?
PA. Bene ita me dij ament, factum. G. audin
lum? quid ait? C. tum autem Phædriæ

Non eliditur m.

Meo fratri gaudeo amorem eſſe omnem in
quillo? vna eſt domus;
Thais patri ſe commendauit in clientelam, & f
Nobis dedit ſe. PAR. fratris igitur Thais tota e
ſcilicet.

al. pelletur.

PAR. Iam hoc aliud eſt quod gaudeamus, n
pellitur foras.
CH. Tum tu, frater, vbi vbi eſt, fac quàm primu
audiat. PA. viſam domum.
T. Nunquid Gnato dubitas, quin ego perpetu
rierim?
GN. Sine dubio, opinor. CH. quid commem
primum? aut quem laudem maxime?
Illum, qui mihi dedit conſilium vt facerem,
qui id auſus ſim
Incipere? an fortunam collaudem, quæ guber
fuit:
Quæ tot res, tantas, tam opportunè in vnum
cluſit diem?

A

ꝛatris feſtiuitatem & facilitatem? ô Iupiter
ſecro hæc nobis bona. PH. Dij veſtram fi-
icredibilia
ı modo quæ nunc narrauit; ſed vbi eſt fra- Troch. cat.
ꝛræſto adeſt.
leo. CH. ſatis credo, nihil eſt Thaide hac Octonarij.
ter dignius
netur: ita noſtræ eſt omni fautrix familiæ.
nihi (magis amo.
das? T. perij, quanto minus ſpei eſt, tanto Trochaici.
Gnato in te ſpes eſt. G. quid vis faciam? T.
: hoc
, precio, vt hæream in parte aliqua tandem
'haidem. (feceris,
le eſt. T. ſi quid collibuit, noui te: hoc ſi ef-
: donum, & præmium à me optato: id o-
ı feres.
:. T. ſic erit. G. ſi hoc efficio, poſtulo vt mihi
mus
nte, abſente pateat: inuocato vt ſit locus
TH. do fidem ita futurum. G. accingar. P.
hic audio?
ſo. TH. ſaluete. PH. tu fortaſſe quæ facta hic
:ſcis?
PHAE. cur ergo in his ego te conſpicor re-
ꝛus? (co tibi,
s fretus. PH. ſcin' quam fretus? miles, edi-
ea hac te offendero poſt vnquam, nihil eſt
dicas mihi,
ıærebam: iter hac habui: periſti. GN. eia
ic decet.
n eſt. G. non cognoſco veſtrum tam ſuper-
›. ſic erit.
s audite paucis; quod cum dixero, ſi pla-
.
PH. audiamus. GN. tu concede paululum
'hraſo.
› ego vos credere ambos hoc mihi vehe-
r velim, (mea:
s quicquid facio, id facere maxime cauſa

* Suſpicor carmē inuerſione ordinis deprauatū. Conſtabit ſi ſic legas: O Thraſo. TH. ſaluete. PH. tu fortaſſis hic quę facta ſunt neſcis; TH. Scio. P. cur ergo in his te cōſpicor regionibus; vt ego pronomen elidatur.

Verum idem ſi vobis prodeſt, vos non fa
ſcitia eſt.
P. Quid eſt? G. militem riualem ego recip
cenſeo. P. hem.
Recipiendum? G. cogita modo, tu hercle
Phædria
Et libenter viuis, etenim bene libenter victit
Et quod des * paulululum: & neceſſe eſt mul
cipere Thaidem,
Vt tuo amori ſuppeditare poſſit, ſine sũpti
* Omnia hæc magis opportunus, nec mag
tuo (mo
Nemo eſt: principio & habet quod det, &
Fatuus eſt, inſulſus, tardus, ſtertit noctesq́;
Neque iſtum metuas ne amet mulier: faci
vbi velis.
PH. Quid agimus? GN. præterea hoc etiam,
go vel primum puto:
Accipit hominem nemo melius prorſus, n
lixius.
CH. Mirum ni illoc homine quoquo pacto
P. idem arbitror. (ſtrun
G. Recte facitis: vnum etiam vos oro, vt
Recipiatis: ſatis diu hoc iam ſaxum voluo.
pimus.
CH. Ac libenter. GN. at ego pro iſtoc, Phæd
Chærea, (
Hunc comedendum, & deridendum vobis
P. Dignus eſt. G. Thraſo vbi vis, accede. TH
te quid agimus?
GNA. Quid? iſti te ignorabant: poſtquam
oſtendi tuos,
Et collaudaui ſecundum facta & virtutes t
Impetraui. TH. bene feciſti, gratiam habeo
Nunquam etiam fui vſquam, quin me om
rent plurimum.
G. Dixin' ego vobis in hoc eſſe Atticam
tiam?
PH. Nihil prætermiſſum. G. ite hac omnes.
te & plaudite.

* Paululum diſſyllabum eſt.

al. ad omnia hæc,

LLIOPIVS RECENSVI.

ilares, ecquis viuit me hodie fortunatior?] *rſona Chærea eſt, feruens gaudio, vt adoleſcen-* *proſperis rebus.* O populares.] *Non mirum ſi* *ltat nuptiis, qui iamdudum ob id ſolum quod* *virginem lætabatur.* Nemo hercle quiſ- *Et interrogauit & reſpondet ſibi.* Nemo her- uam]παρέλκον *tertium.* Cui tam ſubito tot nt cōmoda.] *Tam qualitatis, Tot quantitatis* hic lætus eſt?] *Inuenta perſona eſt, ad quam ge-* *rret Chærea: vt populus, & miles inſtruatur,* *geſtum ſit.* Inuentor, inceptor.] *Inuenire ſa-* *incipere audacis: perficere conſtantis. Ergo ple-* *io eſt. Et conſtat hoc Chæream laudatiue dicere.* *bditis ſolum conſilium attributurus eſt Parme-* me in quibus ſim gaudiis?] συλληψις. *Et no-* *e? cum ſufficeret ſcin': ergo Me, abundat: & eſt* χαισμὸς. Scis Pamphilam meam.] *Amato-* *Meam: vel potius ſponſam meam, vel quam amo.* n.] *Cognitam.* Ciuem] *Deeſt, eſſe.* Scis ſpon- i.] *Deeſt, & eſſe. & eſt Sponſa nunc participium,* u illum quid ait?] *Hoc vultu mutato & turba-* . Amorem omnem in tranquillo.] *Bene in* *o: quia mari, & tempeſtatibus amicæ mobilitas* *ilitas comparatur. Sic Horat. Simplex munditiis,* *ies fidem Mutatosque deos flebit: & aſpera Ni-* *ra ventis Emirabitur inſolens, Qui te nunc frui-* *ilus aurea, &c.* Thais ſe patri commenda- *ce eſt, quod profuit Phædriæ.* Vna eſt domus.] *iphilæ nuptias.* In clientelam, & fidem.] *In* *n, vt ametur: in fidem, vt defendatur.* Fratris i- ta eſt Thais.] *Bene tota, vt ne ex parte quidem* . Miles pellitur foras.] *Sunt gaudia ex noſtris* *nt gaudia ex aliorum malis, hoſtium, aut inimi-* *Ergo vtrunque genus gaudiorum complexus eſt.* lomum.] *Bene domi quæritur amator excluſus:* *ue ruri, neque in foro eſt.* Perpetuò perierim.] *ud periiſſe ſupra temporale videbatur.* Quin ego ò periclum.] *Hic iam militi neque ſeruiendi a-*

micæ,

micæ, vt apparet, præbetur locus. Sine dubio, c *Quia non quis dicitur perpetuò periiſſe, quid e hac exceptione eſt, quando nemo ita perit, vt tem pereat, & poſtea fiat non perditus? correxit paraſi dictum militis: non illum perpetuo, ſed ſine dub. opinari, reſpondens. non eſt enim contrarium opi riiſſe ſine dubio, pro certo periiſſe. Confirmatur pe les: vt poſt tanta munera ex deſperato ſupplex, e patiens riualis exiſtat.* Quid commemorem pr *Διαπόρησις oratoria, familiaris laudantibus. Cic. tur potius incipiam? Hoc autem fit, vbi omnia videntur, & paria.* Illum qui mihi dedit con *Attribuuntur perſonis conſilia, facta, caſus, & o Ergo hic laudatur conſilium Parmenonis: fact rea, caſus fortunæ, id eſt, euentus: oratio ſenis.* Il mihi dedit conſilium.] *Tria ſunt in vita homi ſilia, facta, ſucceſſus. Conſilium amici eſt: Factum Succeſſus fortunæ.* Illum.] *Parmenonem ſcilicet.* res.] *Bene, tot res, quaſi dicat, Eunuchum pro q retur, commendationem virginis, abſentiam m occaſionem vitij inferendi, patris interuentum in* An mei patris feſtiuitatem.] *Etiam patri la tienda eſt. nam non erat tranſeundum feſtiuitate feſtiuus amatori non obſtitit, quod ignouit vt fa Feſtiuitas in dictis, Facilitas vero in animo & fa uitatem, lætitiam, vt, Feſtiuus dies eſt.* dij ve dem.] *Cito interuenit Phædria, vtpote qui d* Quæ narrauit.] *Nimius affectus in vtramque defectus orationis amat: eſt ergo ἔκλειψις, deeſt e deo.* Satis credo.] *Sic dici nota agentibus ſolet. tur huic dicitur, cui fiunt nuptiæ, Gaudeo: & i ſpondet, vt amicis gratulantibus decet,* Satis cre *do autem ideo, quia multi ſeſe fingunt gratulari, uideant; gaudere, cum doleant.* Mihi iſtam laud *licet amatori eius. Et Mihi pronunciatione iuuan* Perij, quanto minus ſpei eſt, tanto magis an *verò eſt ardor inſaniſſimus. vt Verg. Formoſum p ridon ardebat Alexin, Delicias domini. Et profect Sapientes ſpe maximè ad amorem coguntur: ſtul tantum.* Obſecro Gnato in te ſpes eſt.] *M*

d

omnibus auxiliis, abiecta nimis ſupplicatio in- Nam & obſecro, & Gnato id ſignificant: &, in Quid vis faciam?] Non eſt hoc interrogantis, entis non eſſe quid faciat. Precibus, precio.] iti ſupereſt præter precem, vt victo: & precium, Nihil aliud optat, quam ſic res eant, vt perſona nueniri poſſit. Precibus, precio.] ἀσυνδέτως ve- s, & laſſa pronuncianda ſunt. Precio.] Varie, dixit precario. Vt hæream.] τὸ hæream vlti- s beneficij eſt. Et in parte aliqua.] Non enim t, vt æqua intelligatur. Tandem.] Et deſperan- difficulter credentis. Tandem, non eſt aduerbium ed nunc ſaltem ſignificat. Noui te.] Deeſt perſi- que plura geſtu ſignificat miles, vtpote infantiſ- ficile eſt.] Vultu & pronunciatione, aſſeuera- andum eſt. Si quid collibuit.] ἔκλειψις: pro ſi bitum eſt, efficis. Quoduis donum, & præ- ne optato.] Donum, præmium eſt: & munus, : ſed donum præmium diis datur: munus præ- ninibus. nam ſeparatim, donum deorum eſt: præ- orum eſt fortium: munus hominum: & donum tam ante factum, quam poſt factum datur: præ- nisi poſt factum eſt: donum, voluntarium, præ- betur. Alij ergo ἀσυνδέτως pronunciant, pri- um, & ſic præmium, quaſi vnam partem oratio- luis donum & præmium.] Donum, vt à lar- : præmium, vt à præclaro facinore. Quoduis & præmium à me optato, id optatum fe- um opto ob quod præmium accipias. Præmium ato.] Totum militariter, nam & optatio dicitur, à militibus. vt alibi; Vir fortis optet quod volet Sic hoc efficio, poſtulo, vt mihi tua domus te, abſente pateat.] Prouerbiale eſt, præſente, s ſurſum deorſum, vltro citro, &c. huiuſmodi, nda, iuſta iniuſta, digna indigna, velit nolit. vt ſit locus ſemper.] Inuocato, non vocato ſi- In etenim auget & minuit dictionem. Inuoca- intelligitur precibus vocato, cum ſit αὐτομάτῳ, am non inuitando, quin vltro venire debeat in um. Do fidem.] Iuro, confirmo, ſpondeo. Ac- cingar.]

cingar.] *Non quia facile eſt quod negauit ſupr. vot. parasitus adductus eſt ad cœnandum. Ideo gar dixit, ſic enim dicimus in magnis rebus ſu vt, Accingunt omnes operi.* Saluete.] *Supplex & ſine timore, modo inimicus & infeſtus.* Tu quæ facta hic ſint neſcis.] *Hoc totum ſuperbe citer inquit adoleſcens.* Scio.] *Compendium poe ſus eadem dicerentur.* Conſpicor.] *Commune conſpicor.* Vobis fretus.] *Et hoc ſtulte: quis e ualibus & inimicis fretum ſe eſſe dicat? deinde gov & vitioſa reſponſio eſt, niſi enim addideris, ſo lœciſmus conueniens loquenti impolite homini* Scin' quam fretus.] *Eſt ab * ea ſubaudiendu* les edico tibi.] *Hoc contumelioſè & propriè Miles, inquit, edico tibi.* Si te in platea hac off *Hoc eſt, ſi vel caſu inuenero. Et in platea, inquit meretricis fores.* Nihil eſt quod dicas.] *Nihi vt ſit, non eſt quod dicas mihi, id eſt, nihil eſt q pro vt dicas mihi: vt ſit quod pro vt, aut quod pr cas mihi. Certum autem eſt ſic veteres locutos eſ* quærebam.] *Aut alium pro quendam poſuit: v. dam quærebam, id eſt, aliquem: aut alium, h quem tu putas, hoc eſt alium: non Thaidem, ſed ſi ceret: neque commode, neque ἐμφῶν loquere ualet enim maſculinum genus.* Periſti.] *Ordo quam in platea hac te offendero, periſti.* Eia.] *hortantis eſt, ergo nunc eia, correctionem ſignif* cognoſco veſtrum tam ſuperbum.] *Loquu tanda, mirè laudauit, vt perſuadere potuiſſet.* tam ſuperbum.] *Non veſtrum ſuperbum. Ve perbum, Abſolutè: vt, Pol Crito antiquum obti ſubaudiamus vel ingenium, vel animum, vel in inſtitutum.* Prius audite paucis.] *Mira inſin git: qui non vt conſentiant, ſed vt audiant pauc bene prius, quaſi non obſtet quo minus faciant lint. tum deinde quo attentiores exiſtant: addid deinde ſi placuerit, facilius enim flectitur, cun pugnamus vt conſentiat.* Prius audite] *Fiduci tat perſuaſoriam rem dicturi.* Audiamus.] *Ben tiamus, ſed audiamus dixit: nam prima oratoris*

la cauſa eſt, audire meruiſſe. Tu concede pau-
ſtuc Thraſo.]*Thraſo hoc in bonam partem acci-*
eo paret. putat enim vel turpe eſſe, ſi humiliter pre-
o nomine, ſeq́; audiente paraſitus: vel incongruum
i os præſens à Gnatone laudetur. Iſtuc Thraſo.]
ſe vocat: ſed locum oſtendit quò abeat, atque con-
rincipio ego vos] *Videt neque ſe odio haberi,*
fendi animos audientium in militis nomine. Hoc
torie: pro eo homine in quo offenditur, eum in quo
nditur poſuit. Me huius quicquid facio, id fa-
aximè cauſa mea.] *Deeſt Rei, aut Eſt, vt ſit, me*
uicquid eſt quod facio, id facere maximè cauſa
à perſona diſceſſit: & rem non odioſam pro odioſa
d eſt paraſiticam, pro æmuli amore, & commodo.
idem ſi vobis prodeſt.]*Multum attulit ad per-*
um: non eſſe commodum militi admitti, & ſuum
um ipſorum eſſe commodum. Vos non id facere,
eſt.] *Oratorie, & ſecundum inſinuationis præce-*
ixit. nam remittendo, & dubitando magis flectit a-
quam ſi apertè ac pertinaciter aſſeueret. Militem
alem recipiendum cenſeo.] *Artificioſe ſatis ſe-*
ilit omne quod durum dictu ad perſuadendum e-
i quod militem & riualem dixit, ad eam rem va-
agis admittendus ſit quam excludendus: & ſimul
ſic dicentis, parat animos ad audienda quæ dicet.
n ego riualem recipiendum cenſeo.] *Riuales*
r æmuli de mulieribus: facta tranſlatione nominis
eſtiis, quæ ſitiẽtes quum ex eodem riuulo hauſtum
in prælium contra ſe inuicem concitantur. Sic Cic.
Sin erit ex illo fonte riualis, inquit. Cenſeo.] *Vi-*
item poetæ: nõ enim dixit, peto: ſed cenſeo, tanquam
lo conſulat, neq; pro milite agat. Militem ego ri-
.] *Conſidera quo vultu hoc dicendum ſit, & intel-*
militem, & riualem, & recipiendum, & ego cenſeo:
ſignificet. Non enim dixit Thraſonem, ſed militem:
men ad ſtultitiam valet. Non ſocium, ſed riualem:
endit, quãdoquidem riualis in meretrice capiendus
c potius eligendum. Necnon excludendum, ſed reci-
m dixit: vt oſtẽderet adeò prodeſſe, vt etiam de indu-
tinendus ſit. Non volo aut rogo ſed cenſeo: vt conſi-

liarius,

liarius, non paraſitus videatur loqui. Nam quo dedit, eo dicto vſus eſt, quo vti ſolet qui plus in n dent. nam ſic in Phormione iuriſconſulti, Eg rem tuam fuerint, ea velim facias. Ego ſedulo hu credo. Ego amplius deliberandum cenſeo. Cog do.] *Modo aut tantummodo ſignificat: aut te aduerbium, & ſimul incerta diſtinctio eſt.* Et lib uis.] *Id eſt, bonorum ciborum edax es.* Suppedit ſit ſine ſumptu tuo.] *Aut ſuppeditare, pro ſu aut deeſt Se, vt, Accingunt omnes operi.* Ad o magis opportunus, nec magis ex vſu tu eſt.] *Locutio eſt ex negatiuis tertia. vt, Agrum gionibus meliorem nemo habet.* Ex vſu magis.] *lior. & magis opportunus, pro opportunior.* Ne *Hoc eſt, opportunus.* Habet quod det.] *Vt diu* nemo largius.] *Vt liberalis.* Fatuus eſt.] *Hoc e* Inſulſus.] *Sine ſale & ſapientia: aut ſine ſaltu & te.* Tardus.] *In venerem ſcilicet.* Stertit.] *Plus di dormit.* Noctesque & dies.] *Plus ſignificat q ceret, diebus & noctibus: vt hoc ipſo nomine conſ toritas ineſſe videatur.* Fatuus.] *Inepta loquen fatuus dicitur: inde Fauni Fatui: & Nymphæ fa ſunt.* Fatuus eſt, inſulſus.] *Fatui ſunt, qui ver ctis fatui ſunt. Inſulſi vero, corde, & animo.* Tard *pore & membris, quanquam & intellectu tar mus qui ſtulti ſunt: ſed melius eſt ſic intelligi, videatur dicere, quæ inamabilem faciant etiam largumque amatorem. Nam vt verba commen Pendetque iterum narrantis ab ore, hic fatuus. pientia gratum facit: vt, Multa viri virtus anin ſulſus eſt. Sed mihi videtur fatuum dicere, qu glorietur, & blandire amicæ neſciat. Inſulſum, q fallax, & cupidus coitus. Tardum, qui non faci venerem, quæ res meretricibus odioſa eſt.* Fatu ſulſus.] *Sunt qui fatuum, animo putant, Inſu ctis: ſed male. Nam fatui quoque dij ſunt, qui & cuntur, & non ſtulti: ſed multum fantes, id eſt tes.* Fatuus eſt, inſulſus.] *Hæc quæ nunc add ex ſuperioribus pendent, ſed cum ſuperiora val timum (nam quia diues & liberalis, potuit ob*

ec omnia bona in milite corrumpuntur, quod fa-
iod inſulſus, & cætera, quæ ipſe perſequitur. Fa-
t, inſulſus.] *Hæc bene adduntur: quia dixit, Et ha-*
d det, & dat nemo largius. Ad rem eam valebat vt
ir miles à meretrice, & præponendus omnib. eſſet:
ita ſunt mulieribus, maximeq; laſciuis, hæc omnia
ijcit: Fatuus eſt, inſulſus, hoc pro acerno vitiorum;
idam vultus improbitate prolatum eſt, quo magis
edio poſita eſſe videatur. Vbi velis.] *Quando vel*
uid agimus?] *Initium conſenſionis dubitatio eſt e-*
egauerit. Hoc etiam.] *Deeſt vel ab ſt.* Quod e-
raſitus ſcilicet. Primum puto.] *Primum puto,*
raſitus. Accipit hominem.] *Accipit, paſcit, inui-*
los porticib. rex accipiebat in amplis. Nemo me-
rius, neque prolixius.] *Horum alterum appa-*
dicat, alterum copiam. Mirum ni illoc homine
pacto opus eſt.] *Facete dixit adoleſcẽs rei par-*
ui putet amorem ſine damno eſſe oportere, quique
meretricem: non ſolum eijciendum non eſſe mili-
am quouis modo ſuſtinendum, ac perferendũ. Mi-
oc homine.] *Obtinuit paraſitus iã quod negabã-*
io deliberatũ. vt, Quid agimus? Poſt cõceſſum: vt,
illoc homine quoquo pacto opus eſt. Mirum ni il-
inquit eiuſmodi eſt, vt etiam cũ mala conditione
ſit. Idem arbitror.] *Sane opus fuit cõſenſione;*
Phædriæ, cuius res agitur. nã & ita ſeruata per-
rde conſentientis amatoris. Recte facitis.] *Gra-*
io eſt. Vnũ etiã vos oro.] *Subtiliter etiã para-*
e adiungit, ſuaſque partes circa hos agit. Satis
iam ſaxum voluo.] *Vide quemadmodum ſerpat*
etiam in eorũ aſſentationẽ ex vituperatione mi-
ſaxũ voluo.] *Prouerbiũ in eos qui inextricabi-*
iffiicti ſunt. Et bene ſaxũ de ſtulto milite ait; &
Siſyphum fecit. Hoc ſaxum voluo. Velut Siſyphus
ros. Vt me in veſtrũ gregẽ.] *Iam hos laudat, &*
raſitus eſt, ſi recorderis eundem dixiſſe, Facete, le-
e, nihil ſupra. At ego pro iſtoc Phædria.] *Sub-*
s, & ſum hic aliter, non vt paraſitus ait. Phedria
ærea.] *Ambos nominat, quaſi legibus paciſcan-*
ie comedendum.] *Cum exteris rebus. Summus*

poeta etiam fidem oſtendit amicitiæ paraſiticæ, Gnatonis de milite loquentis hoc modo. Propino.] *ſic dixit, vt paraſitus, & vt qui de conuiuio loqu* Dignus eſt.] *Hæc verba vltima longi ſermonis, e ſunt, vt miles hæc audiens, laudatũ ſe eſſe, & appr exiſtimet.* Vbi vis.] *Honorifice reuocat ablegatum iuria, dicendo, Vbi vis: quia accede, imperatiuum vbi niſi Quando intellexeris, vitiũ eſt.* Iſti te igno *Figura ἀκυρολογία, ad vtrumque enim pertinet laudem, & ad mores. Et hoc ambiguum.* Secũdu & virtutes tuas.] *Et hoc ἀμφίβολον. Nam viri ἐρωτικῶς pro vitiis poſuit: vt, Neſcis qui vir ſiet: & eſſes ex tuis virtutibus.* Facta & virtutes.] *Prop militibus aſcribuntur.* Facta & virtutes.] *Am εἰρωνεία in vitioſos homines quam veritas.* Ni etiam fui vſquam.] *Nunquam & locum & gnificat: Vſquam locum magis. Nunquam pro N quam vſquam τῷ ἀρχαϊσμῷ, pro non vſquam, ia quam.* Quin me omnes amarent.] *Contrar riori. Quid eſt enim quod bene non fecerit quicq illo eſt vt ametur.* Atticã eloquentiã.] *Et hoc vt illa quæ ſupra. Atticam dicit veram atque g quia excultior eloquentia dicitur Attica: & ſun res, Attici appellati ſunt.* Prætermiſſum eſt] *ceps eſt, intellectu gemino ad vtrumque.* Ite hac. *cat paraſitus, an ad meretricem? an ad cœnam promiſit, Hunc ego comedẽdũ & deridendũ vob.* Ite hac.] *Comeſſatum ad militem, vel ad Thaic interfuit meretrix, quomodo poſt acta ſunt omni noctis nõ facta ſit? Omnia poſt cœnã geſta sũt: & per rixam cœna, ſuperfuit plurimum temporis a*

HEAVTONTIMORVME
FABVLAE INTERLOCVTO

Chremes	*ſenex.*	*Soſtrata*	*mat*
Clitipho	*adoleſcens.*	*Bacchis*	*mer*
Syrus	*ſeruus.*	*Phrygia*	*anci*
Menedemus	*ſenex.*	*Nutrix.*	
Clinia	*adoleſcens.*	*Antiphila*	*mer*
Dromo	*ſeruus.*		

VLPITII APOLLINARIS IN HEAVTONTImorumenon Periocha.

litiam proficiſci gnatum Cliniam,
ntem Antiphilam compulit durus pater:
que ſeſe angebat, facti pœnitens.
reuerſus eſt, clàm patre diuortitur
iphonem (is amabat ſcortum Bacchidem)
cerſeret cupitam Antiphilam Clinia,
Bacchis venit amica, ac ſeruolæ
m gerens Antiphila, factum id quo patrem
elaret Clitipho, hic technis Syri,
minas meretriculæ aufert à ſene.
ila Clitiphonis reperitur ſoror.
linia, aliam Clitipho vxorem accipit.

CALPHVRNII BRIENSIS VIRI CLARISSIni in P. Sexti Terentij Heautontimorumenon Argumentum.

c fabula, Menandri Græca, quæ facta à Terentio ina nomen idem obſeruauit, ne Græci nominis eun perderet, quod Terentius minus laudis exiſtimaria ſcribere, quam Græca transferre. Nomen hæ ſeipſum excrucianie ob filij abſentiam: quem a- duritia ſua in militiam proficiſci compulerat, ιμωρούμενος. Latine, ſe ipſum excrucians interpre- llud animaduertendum, omnes Terentianas fabu- troque genere miſtas, præter hanc. Nam comœdiæ oriæ ſunt, aut ſtatariæ, aut miſtæ. Motoriæ, turbu- tataria, quietiores: Miſtæ, ex vtroque actu conſi- In hac, quæ plurimum delectat & actu & ſtylo, artes ſunt Menedemi & Chremetis: ſecundæ Cliniæ phonis: tertiæ Syri: & ſic deinceps. Hæc etiã, vt cæ- inq; actus habet, Prologum concitatum. Nam & ſe , & in lædendis aduerſariis eſt occupatus. Argu- n quoq; non ſimplicis negotij habet, nec minus adó- :vt in Hecyra: ſed duorum vt in fabulis.

ARGVMENTVM.

CHremes grauidæ vxori olim interminatus, ſi pu[...]reret, nolle tolli. At illa clã anui Corinthiæ nutr[...] dedit. Hanc adultam Clinia inuito patre amare cœp[...] duritia & aſſiduis iurgiis, in militiã proficiſci co[...] eſt. Poſtea facti patrem Menedemum adeo pœnitui[...] mnia venderet, & agrum emeret, in eoque ſe exerc[...] ſic filij iniuriã vlciſceretur. Paulo pòſt reuertitur C[...] clam patre diuertitur apud Clitiphonem, qui & ip[...] bat ſcortum Bacchidẽ. Mittit accerſitum cupitã A[...] Clinia, cumq; qua & Bacchis vnà venit. Hanc ado[...] Cliniæ amicam ſimulant Syri technis. Antiphila a[...] deducitur: cuius occaſione Syrus decem minas mer[...] aufert à Chremete. Dehinc Antiphila Clitiphonis [...]peritur: & Cliniæ in vxorem datur. Chremes Bacc[...] Clitiphone amari animaduertit, iraſcitur, minatu[...] Menedemo adhortante filio ignoſcit: & aliam illi [...]gem. In primo actu agitur de coniunctione ſenum Menedemi, & Chremetis: ſimul & de amicitia & [...]ritate adoleſcentum, in qua Clitipho ardentiſſimu[...]tur. Secundus actus continet quemadmodum ado[...] amicas receperint: & ſimul Syri callidum conſili[...] actus exprimit Syri fallaciam in Chremem, vt B[...] credat Cliniæ eſſe amicam, & Antiphilam arra[...]chidi relictam eſſe putet, pro argento, quod anu[...]thiam meretrici debere finxit. In quarto actu agit[...] cognitione Antiphilæ: & de extorſione argenti q[...]chidi Clitipho promiſerat. Quintus actus continet rerum conuerſionem ad iucundos exitus, patefact[...] cognitione geſtorum: & quemadmodum Antiphi[...]rem Clinia duxerit: Clitipho vero dimiſſa Bacch[...] acceperit.

GRAECA EST MENANDRV, ACTA MEGALENSIBVS L. CORNELIO LEN[...] L. VALERIO FLACCO AEDILIBVS C[...]GIT AMBIVIVS TVRPIO. MODOS FECIT CLAV. ACTA PRIMVM TIBIIS IMPA[...] DEINDE DVAB. DEXTRIS. ACTA ETIA[...]TIO, * C. COR. M. IVVENTIO COSS.

*.al. T. Sempronio, Vel anno ab vrbe condita 591.

PR[...]

PROLOGVS.

NE cui ſit veſtrum mirum, cur parteis ſeni
Poeta dederit, quæ ſunt adoleſcentiũ,
Id primum dicam: deinde, quod veni, eloquar.
Ex integra Græca, integram comœdiã,
:ſum acturus, Heautontimorumenon.
x quæ ex argumento facta eſt ſimplici.
m eſſe oſtendi, & quæ eſſet: nunc qui ſcri-
it,
a Græca ſit, ni partem maximam
narem ſcire veſtrum, id dicerem.
uamobrẽ has parteis didicerim, paucis dabo.
rem voluit eſſe me, non prologum:
ım iudicium fecit: me actorem dedit.
c actor tantum poterit à facundia,
:um ille potuit cogitare commode,
rationem hanc ſcripſit, quam dicturus ſum.
quod rumores diſtulerunt maleuoli,
s contaminaſſe Græcas, dum facit
s Latinas: factum hic eſſe id non negat,
e id pigere: & deinde facturum autumat.
bonorum exemplum: quo exemplo ſibi
: id facere, quod illi fecerunt, putat.
quod tum maleuolus vetus Poeta dictitat,
te ad ſtudium hunc ſe applicaſſe muſicum,
ım ingenio fretum, haud natura ſua:
ium veſtrum, veſtra exiſtimatio
it: quamobrem omnes vos oratos volo,
ıs iniquum poſſit, quàm æquum oratio.
æqui ſitis: date creſcendi copiam,
rum qui ſpectandi faciunt copiam
itiis: ne ille pro ſe dictum exiſtimet,
uper fecit ſeruo currenti in via
ſe populum: cur inſano ſeruiat?
ıus peccatis plura dicet, cum dabit
nouas, niſi finem maledictis facit:
e æquo animo: date poteſtatem, mihi

Statariam agere vt liceat per ſilentium:
Ne ſemper ſeruus currens, iratus ſenex,
Edax paraſitus, ſycophanta autem impudens
Auarus leno, adſidue agendi ſint mihi
Clamore ſummo, cum labore maximo.
Mea cauſſa cauſſam hanc iuſtã eſſe animũ inc
Vt aliqua pars laboris minuatur mihi.
Nam nunc nouas qui ſcribunt, nihil parcunt ſ
Si qua laborioſa eſt, ad me curritur:
Sin lenis eſt, ad alium defertur gregem.
In hac eſt pura oratio: experimini,
In vtramq; partem ingenium quid poſſit mei
Si nunquam auare precium ſtatui arti meæ:
Et eum eſſe quæſtum in animum induxi m
Quàm maxime ſeruire veſtris commodis:
Exemplum ſtatuite in me, vt adoleſcentuli
Vobis placere ſtudeant potius, quàm ſibi.

IO. CALPHVRNII INT PRETATIO IN PROLO gum Heautontimorumeni.

NE cui ſit veſtrum mirum.] *Prologus concitat ſe & purgat, & aduerſariũ acriter terret. Acti que ex commodo ſuo, cur hanc comœdiæ actionem rit, cauſas effert.* Ex integra Græca.] *Terent. Hec Phormionem ab Apollodoro tranſtulit, reliquas à Menandro.* Et quæ eſſet.] *Id eſt, quo nomine tur.* Oratorem voluit me eſſe, non Prol *Officium Prologi ante narrationem rei ſemper eſt tamen & poſt principium fabulæ inducitur, Plautum in milite glorioſo, & apud cæteros ma toritatis veteres poetas.* Oratorem.] *Sic in Hecyræ, Orator ad vos venio cum ornato Prolo* ratorem.] *Oratorem audire oportere, ius eſt. Oratorem non liceat iniuriam pati. Ne igi tiatur iniuriam, non ſe prologum, ſed oratorẽ non orator eſt qui rogat: Exorator qui impetrat. rentius: Orator ad vos venio, ſinite exorator ſit orator eſt, cui cauſa defendenda mandatur.* Nam rumores diſtulerũt.] *Id quod maleuoli vitio d*

ſcribit:ſeq́ue exemplo præſtantiſſimorum Poetarum
it, qui idem factitauerunt. Diſtulerunt, diuulga-
: Autumat.] Opinatur, ducit, cenſet. Habet bono-
xemplum.] Videlicet, Plauti, Næuij, Ennij, quos
s Terentius habet, vt in prologo Andriæ fatetur,
n hunc accuſant, Næuium, Plautum, Ennium ac-
quos hic noſter autores habet. Tum quod male-
vetus Poeta.] A natura, maleuolus: à tempore vel
t, vetus: à ſigno æmulationis, Poeta. Vetus, plerunq;
lem refertur, interdum ad vituperationem. Vetus,
arioſus, & quaſi rancidus. Maleuolus, non crimi-
ſed maledictis. Amicum ingenio fretum.] Hoc
efellit in Prologo Adelphorum. Nam quod iſti di-
aleuoli, homines nobiles eum adiuuare, aſſidueque
ibere, Quod illi maledictum vehemens eſſe exiſti-
eam laudem hic ducit maximam, cum illis placet,
bis vniuerſis & populo placent. Hunc muſicum.]
et poetam elegantem. Muſicus, Latine dicitur ele-
μουσος verò Græce inelegans. Amicûm.] Pro amico-
idelicet Lælij & Scipionis, quorum amicitia Teren-
miliariſſimè vſus eſt. Arbitrium veſtrum.] Bene
um. nam arbiter dicitur iudex, qui totius rei habet
um & facultatem. horum enim arbitrio & iudi-
œdia commendari poterat. Ne plus iniquum poſ-
ſtam rem petit: quæ quidem niſi ab iniuſtis concedi-
Qui nuper fecit ſeruo currenti.] In hoc notatur
'arius, qui decorum perſonæ non ſeruauerit. Quid e-
agis præter ſerui decorum, quam vt illi populus in
cedat, & inſano ſeruiat? Date poteſtatem mihi
ias agere.] Vt liceat ad exitum vſque fabulæ per-
ſtare, ne videlicet aliqua turba fiat, vt fieri ſolet, aut
funambuli, aut gladiatorum. tunc enim neceſſe eſt
uere comœdiæ actionem. Et bene dixit, ſtatariam. A-
n dicitur fabula, cum recitatur. Stare cum placet.
iam comœdia quæ dicitur ſtataria, aut motoria, à
iis aſſibus vel motoriis. Ne ſemper ſeruus cur-
] Exprimit varias perſonas, quæ in comœdiis intro-
itur, quibus ars comica valde nobilitatur. Induci-
utem leno periurus, amator feruidus, ſeruus calli-
& amica illudens, & vxor inhibens, & mater indul-

gens, & patruus obiurgator, & ſodalis opitulator, *les prœliator, paraſiti edaces, parentes tenaces, & m* *ces.* Mea cauſa cauſſam hanc iuſtam.] *πυρονο* Si qua laborioſa eſt.] *Iuſtum etenim eſt ſeni in r* *rioſa fauorem præſtare.* Ad alium gregem.] *Grege* *contemptu dixit, alios actores parui faciens. Greg* *pellat ſcenicorum turbam. Plautus in Prologo Aſi* *Quæ quidem mihi atque vobis res vertat bene, at* *gregi.* Eſt pura oratio.] *Hoc eſt, nitida, quæ facil* *ſuru auditorum ineat.* Si nunquam auare preciu] *Per hæc verba Terentius demonſtrat quàm* *autor ſit, qui ſuas comœdias probet, ſic Horatius, e* *reſpondere coneris, Quæ grauis Æſopus, quæ doct* *ſcius egit.* Et eum eſſe quæſtum.] *Nonnunqua* *auditur Si, vt ſit, Etſi eum quæſtum.* Seruire commodis.] *Plus dixit commodis, quàm ſi a* *voluptatibus.*

ACTVS PRIM

SCENA PRIMA.

CHREMES, MENEDEMVS *ſenes.*

QVANQVAM hæc inter nos notitia admodum eſt,
Inde adeò quod agrum in pro hîc mercatus es,
Nec rei fere amplius ſane quic fuit:
Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas
(Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto
Facit, vt te audacter moneam, & familiariter
Quod mihi videre præter ætatem tuam
Facere, & præterquam res te adhortatur tua.
Nam prò deûm, atq; hominũ fidẽ, quid vis tib
Quid quæris? annos ſexaginta natus es,
Aut plus eo, vt coniicio: agrum in his regionib
Meliorem, neque preti maioris nemo habet:
Seruos complureis: proinde quaſi nemo ſiet,

: attente illorum officia fungere.
iam tam mane egredior, neque tam veſperi
m reuertor, quin te in fundo conſpicer
, aut arare, aut aliquid ferre. denique
n remittis tempus: neque te reſpicis.
on voluptati eſſe, ſatis certò ſcio.
n dices, Me, quãtum hic operis fiat, pœnitet.
n opere faciundo operæ conſumis tuæ,
is in illis exercendis, plus agas.
reme tantúmne eſt ab re tua ocij tibi,
vt cures, eaque nihil quæ ad te attinent?
mo ſum: humani à me nihil alienum puto:
monere hoc, vel percontari puta.
i eſt ego vt faciam, non vt deterream.
hi ſic eſt vſus: tibi vt opus eſt facto, face.
i cuiquam eſt vſus homini, ſe vt cruciet? ME.
eſt.
quid laboris eſt, nollẽ: ſed quid iſtuc mali eſt?
quid de te tantum meruiſti? ME. eheu
: lachruma, atque iſtuc quicquid eſt, fac me
iam.
ce: ne verere: crede inquam mihi,
nſolando, aut conſilio, aut re iuuero.
: hoc vis? C. hac quidem cauſa, qua dixi tibi.
cetur. CH. at iſtos raſtros interea tamen
e; ne labora. M. minime. C. quam rem agis?
ie me, vacuum tempus ne quod dem mihi
s. CH. non ſinam inquam. ME. ah, non æ-
m facis.
ii, tam graueis hos quæſo? M. ſic meritum eſt
m.
e loquere. M. filium vnicum adoleſcentulum
: ah, quid dixi habere me? imò habui Chreme:
abeam, nec ne, incertum eſt. C. quid ita iſtuc?
ſcies.
orintho hic aduena anus paupercula:
iam ille amare cœpit perditè,
am vt pro vxore haberet: hæc clã me omnia.
em reſciui, cœpi non humanitus, *al. id.
vt animum decuit ægrotum adoleſcentuli

Tractare: ſed vi, & via peruolgata patrum,
Quotidie accuſabam: hem, tibíne hæc diutius
Licere ſperas facere me viuo patre,
Amicam vt habeas prope iam in vxoris loco
Erras ſi id credis, & me ignoras Clinia.
Ego te meum eſſe dici tantiſper volo,
Dum quod te dignum eſt facies: ſed ſi id no
Ego quod me in te ſit facere dignum, inuener
Nulla adeò ex re iſtuc fit, niſi ex nimio ocio.
Ego iſtuc ætatis, non amori operam dabam
Sed in Aſiam hinc abij propter pauperiem: at
Simul rem & gloriam armis belli repperi.
Poſtremo adeò res rediit: adoleſcentulus
Sæpe eadem, & grauiter audiendo, victus e
Putauit me & ætate, & beneuolentia
Plus ſcire, & prouidere, quam ſe ipſum ſibi:
In Aſiam ad regem militatum abiit Chreme.
C. Quid ais? M. clã me eſt profect⁹: mẽſeis trei
CH. Ambo accuſandi: & ſi illud inceptum, ta
Animi eſt pudentis ſignum, & non inſtrenui
ME. Vbi comperi ex his, qui ei fuêre conſcij,
Domum reuertor mœſtus, atque animo fe
Perturbato, atque incerto præ ægritudine:
Aſſido: accurrunt ſerui: ſoccos detrahunt:
Video alios feſtinare, lectos ſternere,
Cœnam apparare: pro ſe quiſque ſedulo
Faciebat, quo illam mihi lenirent miſeriam.
Vbi video hæc, cœpi cogitare: hem, tot mea
Solius ſoliciti ſunt cauſa, vt me vnum explea
Ancillæ tot me veſtiant? ſumptus domi
Tantos ego ſolus faciam? ſed gnatum vnicu
Quem pariter vti his decuit, aut etiam ampl
Quod illi ætas magis ad hæc vtenda idonea
Eum ego eieci hinc miſerum iniuſtitia mea.
Malo quidem me dignum quouis deputem,
Si id faciam: nam vſq; dum ille vitam illam *
Inopem, carens patria ob meas iniurias,
Interea vſque illi de me ſupplicium dabo,
Laborans, quærens, parcens, illi ſeruiens:
Ita facio prorſus: nihil relinquo in ædibus,

*Incolet.

s, nec veſtimentum: corraſi omnia.
is,ſeruos,niſi eos, qui opere ruſtico
do, facile ſumptum exerceant ſuum,
: produxi, ac vendidi, inſcripſi ilico
mercede: quaſi talenta ad quindecim
: agrum hunc mercatus ſum:hic me exerceo,
ii tantiſper, me minus iniuriæ
e,meo gnato facere,dum fiam miſer:
s eſſe vlla me voluptate hic frui,
i ille huc ſaluos redierit meus particeps.
genio te eſſe in liberos leni puto,
m obſequentem, ſi quis recte aut commode * in illum e-
ret: verum neque tu illum ſatis noueras, liditur l.
ille: hoc ibi fit, vbi non vere viuitur:
m nunquam oſtendiſti quanti penderes.
ni ille eſt credere auſus quæ eſt æquum patri.
ſi eſſet factum,hæc nunquam eueniſſent tibi.
i res eſt,fateor:peccatum à me maximum eſt.
enedeme, at porro recte ſpero illum tibi
n affuturum eſſe hic confido propediem.
tinam dij ita faxint. CH. facient: nunc ſi com-
dum eſt,
ſia hic ſunt,hodie apud me ſis volo.
on poſſum. CH. cur non? quæſo tandem ali-
ntulum
arce: idem abſens facere te hoc vult filius.
on cōuenit qui illum ad laborem impulerim,
me ipſum fugere. CH. ſiccine eſt ſententia?
ic. CH. Bene vale. ME. & tu. CH. lacrumas ex-
it mihi,
etque me eius: ſed vt diei tempus eſt,
re oportet me hunc vicinum Phaniam,
enam vt veniat:ibo vt viſam ſi domi eſt.
opus fuit monitore: iamdudum domi
o apud me eſſe aiunt: egomet cōuiuas moror.
eo hinc intro: ſed quid crepuerunt fores?
à me quiſnam egreditur?huc conceſſero.

anquam hæc inter nos.] *Bene ex arte comica ſe-*
ex opitulator inducitur, qui & miſeria & triſtitia
alterius

alteri:us valde commoueatur: ſimu l amborum ſen iunctio & familiaritas, ad id quod ſecuturum eſt rum accommoda futura eſt, ſimul exprimitur à pc tua miſeratio quæ inter ſenes eſſe ſolet, & omnii & prolixa. Quanquam hæc inter nos.] *Exorc & oratori congruum. quod enim exigua notitia, per incepta, vel nulla conſuetudo anteactæ vitæ fa hibet, id vel virtus vel propinquitas cogit.* Vicinit *cinia non tam homines qui eundem incolunt vicu ficat, quam qui prope domum tuam habitant. I autem non homines, ſed propinquitatē proprie vic.* Nam prò deûm atque hominum fidem.] *Ex vehemens eſt in eum, qui & ſenex & diues contin bore defatiget: & eo magis Chremes admiratur h borem nondum intellecta cauſa.* Vt coniicio.] *Id iecturam capio, hinc coniectura dicta eſt à coniect. à directione quadam rationis ad veritatem. Vnde e mniorum atq; ominum interpretes, coniectores v* Nemo.] *Pro quiſquam.* Tute illorū officia fu *Nunc dicimus, officiis fungeris. Fungor idem eſt ficium munusque ago: vt, Fūgor magiſtratu, Fun legatione.* Nunquam.] *Deeſt Nam.* Tam mane *aduerbium, alibi nomen videtur: vt, Iam mane iam clarū mane feneſtras Intrat.* Quin te in fun ſpicer.] *Quin, pro quod non, hoc in loco: alias pro pro etiam, pro quare ponitur.* In fundo.] *Super. Agrum in proximo hic mercatus eſt. Fundus enim continetur. de quo Cic. in quodam ioculari libello: verò vocat, quē poſſit mittere funda, Ni lapis excid caua fūda patet.* Remittis, neq; te reſpicis.] *Nihi cantius de eo qui nihil ſibi parcit, nec ſui miſeretur aliis remittit aliquid, i. con donat, is eſt facilis & n turæ.* At enim dices.] *An tipophoræ reſpōdet.* Pœ *Id eſt, parū videtur. Pœnitet enim eum qui paru alibi Ter. Noſtri noſmet pœnitet. Verg. in Bucol. Ne niteat calamo triuiſſe labellum. Cic. ad filium: Qu quantū proficias non pœnitebit.* Quod in opere do.] *Opera eſt actio, & perſona ipſa quæ opus per pus, finis eſt & fructus operæ. Nonnunquam opu pera videtur accipi. Vergilius, Mollibus è ſtratis c*

ſurgit. In illis exercendis.] *Qui aliis præeſt, aut nil.as, aut imperator, plus efficit ſua adhortatione era.* Tantúmne eſt ab re tua ocij tibi.] *Diffinquit Cicero, eſt cura rerum alienarum. Nam ea rcipimus & ſentimus, quæ nobis ipſis, aut prot diuerſa ueniunt, quã illa quæ cæteris, quæ quaſi ruallo interiecto videmus, aliter de illis ac de noamus.* Ab re tua.] *Id eſt, à negotiis tuis familiaicitur etiã ab re tua, contra vtilitatem tuam: ſicut & è repub. id eſt, pro re tua, & pro repub.* Homo mani à me nihil alienum puto.] *Hæc ex Platontia, qui inquit, Ortus noſtri partem patriam ven artem amicos. & vt Stoicis placet, quæ in terris gi-, ad vſum hominum omnia creãtur. Homines auinum cauſa generantur, vt ipſi inter ſe alii aliis poſſint.* Percontari.] *Id eſt, interrogare. Percon-ote natura ad finem ſpectat coarguendi. Interrooſcendi gratia; Percõtamur vero arguendi: quamn vtroq; indifferenter vtamur.* Vſus.] *Modo opus t, aliàs vtile: vt, opus eſt facto, pro facere. Sic Salm & prius quàm incipias conſulto, & vbi conſuraturè facto opus eſt.* Mihi.] *Non repugnat ſenbremetis, ſed ſe ſolum meruiſſe dicit vt crucietur.* eruiſti?] *Dicimus mereo & mereor. Mereor de te, tid in te confero vel bonũ vel malum.* Ne retice.] *ice: nam reticemus dolores: obticemus pudenda: tacreta. vt, Nec tacui demens. In Eunucho, Virgo veſte lachrumans obticet.* Aut cõnſolando, aut õ, aut re iuuero.] *His tribus adhibitis, quid amvera amicitia exoptandum?* Depone.] *In tempo-* ſinam inquam.] *Hæc magis geſtu exprimuntur.* n graueis.] *Apoſiopeſis: & admiratio ponderis raquibus ſenex vtitur.* Perdite.] *Bene perdite: nam eſt, qui in omne ſcelus eſt traditus.* Animum æ-.] *Pro ægro dixit. nam animus æger: corpus verò n dicitur.* Et via peruolgata patrũ.] *Patres bo-ut aliorum exemplis, nonnunquam minis, filios em adhortantur.* Tantiſper volo.] *Tantiſper, oſt ſe Dum, pro Donec ſiue Quamdiu. Cicer. In ductus, vt ibi eſſet tantiſper, dum culeus in quem*

deiectus

deiectus deferretur, compararetur. Sunt qui a Tantiſper pro Tantummodo: ſunt qui pro Interea. i. ab vrbe cond. Tamen id imperium ei ad puberem incolume manſit, tantiſper tutela muliebri. & I ſine Dum vſus eſt. Non amori operam daban *ſenex iuxta Horatij præceptum, laudator acti temp ducitur.* Rem & gloriam.] *Hæc duo potiſſimum bus ſtrenuis comparatur. Res tria notat, imperium uitias, litem, & venerem.* Putauit me.] *Clemen pater filium laudat, quod non pertinax in malis, fuerit.* Vbi comperi.] *Hæc oratio tota patheic bene comperi, compertum eſt mihi, & exploratum quod ſcio per inueſtigationem.* Accurrunt ſerui. *lud in Andr. Accurrit, mediā mulierem amplecti* ctos ſternere.] *Ex conſuetudine antiqua. lectu ſtratis antiqui cœnitabant. vnde triclinium à trib dictum. Horat. Sæpe tribus lectis videas cœnare nos. Ter. in Adel. Lectulos iligneos dedit faciendo vbi potetis vos.* Cœnam apparare.] *Nihil ſigni de ſene dicere potuit, qui voluptates & cõmoda, qu natus gratia filij narrat. Nam apparare, eſt ad di quandam, verius ad pompam: Præparare vero, eſt lia ſunt aut fore creduntur.* Eum ego eieci.] *E dat.* Corraſi omnia.] *Omnia compilaui, vendi contrarium eſt, abradere: & eſt per vim aliquid* Produxi ac vendidi.] *Bene produxi: nā produce ducere ſignificat. M. T. in Frument. Nemo tuorum rum abs te productus, nemo interrogatus. Hinc pr res dicuntur, qui virgines abducunt, & eas ad q exponunt.* Talēta ad quindecim coēgi.] *Cõgeſſ naui. Hinc coactores argentariorū dicuntur, qui cogunt.* Decreui.] *Plus eſt decernere, quàm con & eſt proprie decernere, de rebus magnis certam ſententiam.* Voluptate frui.] *Si parentes pro fili rant, quis clementior hoc ſene, qui omnia cõmoda filio aſpernatur? Frui, proprie eſt delectationem c vſu.* Ingenio te eſſe leni in liberos puto.] *Libe titudinis numero dixit, cum Menedemus vnicum filium. Cõſtat enim antiquos oratores, hiſtoriæq; minum ſcriptores, etiā vnum filium filiamve, liber*

is numero appellaſſe. In Hecyra liberos in ſignifica- nius filiæ dixit, Qui illum decreuerunt dignũ, ſuos ros cõmitterent. Sic Cic. En cui tuos liberos cõmit-]anti penderes.] *Quanti illum faceres. Tractum quis, qui ante ſignatam pecuniam, æs & argentum int.* Nec tibi credere auſus.] *Adoleſcentibus glo- eſt, ſi modeſtia vtuntur & pietate in parẽtes, vt ni- nt aut faciant niſi conſilio parentum.* Porrò recte | *Porrò eiuſdem ſignificationis cuius verò & autẽ: bus tamen ponere non poſſit. Significat etiam apud onge, certe, poſtea, vltro: Spero pro credo, vſitatum de præſenti loquamur, ſiue de præterito. Similiter pro credo, tum in præterito, tum in præſenti, tum ro.* Vtinam dij faxint.] *Faxo futurũ tempus tan- el, vt alij, promiſſionum modo oſtendit.* Dionyſia t.] *Hoc eſt Bacchanalia. Dionyſii autẽ, qui & Bac- citur, ſacra, à pleriſque Graciæ vrbibus triennio elebrabantur.* Quæſo.] *Primam perſonam indi- habet duntaxat. Licet quæſere lectum ſit apud Sal- i & Tullium.* Nihil opus fuit monitore.] *Hoc itore. nam vocatores proprie dicebantur qui ad co- abant.* Præſto ſum.] *Idem eſt quod adſum: nec ère verbo cohæret, niſi verbo ſubſtantiuo, & hun . Nam præſto adſum, magis poeticum eſt.* Egomet]as moror.] *Hoc eſt, in mora detineo: à quibuſ- orari pro expectare exponitur, ſed mea ſententia, oetice, quàm oratorie.*

ACTVS I. SCENA II.

bici quadrati hypercatalectici & acatalectici. di- vnus acatalecticus, quadratus vnus catalecticus, catalectici duo.

LITIPHO, *adoleſcens.* CHREMES.

l adhuc eſt, quod vereare Clinia: haudqua- quam etiam ceſſant: Catalect.
m ſimul cum nuncio tibi hic ego affuturam ſie ſcio: Brachycat.
' tu ſollicitudinem iſtam falſam, quæ te ex- ciat, omittas.
Qui cum loquitur filius? Troch. di.ca.

CL. Pater adeſt, quem volui: adibo. pater op ne aduenis.

Troch. te. ca. CH. Quid eſt? CLI. hunc Menedemum noſt ſtrum vicinum?

Iamb. oct. hypercatalect. CH. Probe. CLIT. huic filium ſcis eſſe? CH. a in Aſia. CL. non eſt pater:

Apud nos eſt. CHR. quid ais? CLIT. aduenie naui egredientem ilico

Adduxi ad cœnam. nam mihi magna cum inde vſque à pueritia

Semper fuit familiaritas. CH. voluptatem m nuncias.

Quàm vellem Menedemum inuitatũ, vt no eſſet hodie amplius,

Vt hanc læticiam nec opinanti primus ei obi domi:

Iamb. quadr. catalect. Atq; etiam nunc tempus eſt. CLI. caue faxi eſt opus pater.

CH. Quapropter? CLI. quia enim incertum e quid ſe faciat: modo venit.

Timet omnia. patris iram, & animum amicæ ga vt ſit, ſuæ.

Eam miſerè amat: propter eam hæc turba, at tio euenit. CH. ſcio.

CL. Nunc ſeruolum ad eam in vrbem miſit, noſtrum vnà Syrum.

CH. Quid narrat? CLI. quid ille? ſe miſerũ eſſ miſerum? quem minus credere eſt?

Quid reliqui eſt, quin habeat, quæ quidem mine dicuntur bona,

Parenteis, patriam incolumem, amicos, gen gnatos, diuitias?

Atq; hæc perinde ſunt, vt illius animus, quia e

Qui vti ſcit, ei bona: illi qui non vtitur recte, m

CLI. Imò ille fuit ſenex importunus ſemper: nihil magis

Vereor, quàm ne quid in illum iratus plus ſa xit pater.

CH. Illéne? ſed reprimã me. nam in metu eſſe illi eſt vtile.

ıid tu tecum? CH. dicam: vt vt erat, manſum en oportuit. (nem:
'e aliquanto iniquior erat, præter eius libidi-
tur: nam quem ferret, ſi parentem non ferret
m?
ine erat æquum ex illius more, an illum ex
ıs viuere? &
illum inſimulat durum, id non eſt: nam pa-
um iniuriæ (bilis,
ıodi ſunt fermè: paulò qui eſt homo tolera-
ıi crebro nolunt: nolunt crebro conuiuarier:
ıt exiguè ſumptum; & ea ſunt tamen ad vir-
n omnia.
ıi animus ſemel ſe cupiditate deuinxit mala,
eſt Clitipho cõſilia conſequi cõſimilia: hoc
eſt, periculum ex aliis facere, tibi quod ex
iet.
a credo. CH. ego ibo hinc intrò, vt videam
s quid cœnæ fiet:
empus eſt diei, vide ſis ne quo hinc abeas
ıus.

adhuc eſt quod vereare.] *Hic Cliniæ, qui ex A-*
ıd. erat, ingẽs de amica ſolicitudo exprimitur. Ac-
ſodalis opitulator Clitipho, qui aduentum amici
ıptate patri narrat. Nihil adhuc eſt quod ve-
Clinia miſerat accerſitum Antiphilam: diſcrucia-
ıod non rediret. Haudquaquã etiam ceſſant.]
ondum differunt aduentum. Solicitudinem i-
Bene ſolicitudinem dixit: nam ſolicitudo eſt quæ
mentibus: ſolicitatio, quæ ab alio fit. Audiui in
e.] *Recte eiuſcemodi eſt oratio per infinitum, nam*
e dicitur, Audiui quod in Aſia eſt. Nec opinan-
eratum enim gaudium maius eſſe ſolet, quemad-
& dolor acerbior ſi non opinanti obiicitur. Caue
Volebat Chremes nunciare Menedemo rediſſe fi-
Clitipho prohibuit, quod Cliniæ nondũ patris vo-
ſet perſpecta. Miſerum? quem minus credere
nus, hoc loco pro non ponitur. Non eſt inquit. cre-
Cliniam eſſe miſerum. Hoc ad ſequentia reſpicit,
Quid reliqui eſt, quin habeat quæ quidem in ho-

mine eſſe dicuntur bona? Minus credere eſt: pro,
dendum eſt. huiuſmodi loquutio parum Latinis
Quæ quidem in homine dicuntur bona?] *S*
vulgo. Quum tantum animi bona, ſecundum phil
appellãda ſunt. Et hoc illud quod ſupra dixit Chre
firmauit, ſcilicet Cliniam non eſſe miſerum. Illéne
mes ſermonem quem cœperat repreſſit, vt exempl
filius terreretur. Illéne?] *Hoc clara voce pronunci*
Sed reprimam me.] *Hæc ſubmiſſa voce protulit*
diret filius. Hunc.] *Scilicet Cliniam.* Vt vt erat.]
bene tuetur patrum partes, qui omnino à filiis t
ſunt. Præter eius libidinem.] *Vult cauſam Clin*
ri deteriorem: vt oſtendat parentes filiis, ob vitia e
ſperiores eſſe. Nam quem ferret, ſi parentem n
ret ſuum?] *Tale eſt illud, Cuius ſaluti conſulet, q*
negligit? Erat æquum?] *Ab æquo ſuſcipit pater*
fenſionem. Durum id non eſt.] *Aliud obiectum*
& à ſtatu diffinitiuo cenſet patrem non eſſe appe
durum, qui filios à vitiis ſua ſeueritate deterret.
ri.] *Eſt frequenter ſcorta ductitare.* Conſequ
milia.] *Nam cuius animus in re mala ſemel corru*
indies fit peior. Nobis quid cœnæ.] *Minus dix*
ſi dixiſſet, quæ cœna. Sic illud, Quicquid hoc hon
Aliter exprimitur quàm ſi diceremus, quis hic ho

ACTVS II. SCENA I.

CLITIPHO.

Octon. Iãb. QVàm iniqui ſunt patres in omneis ado
teis iudices,
Qui æquum eſſe cenſent, nos iam à pueris il
ſci ſenes:
Neq; illarũ affines eſſe rerum, quas fert ado
Ex ſua libidine moderantur, quæ nunc eſt, n
olim fuit.
Mihi ſi vnquam filius erit, nę ille facili me vte
Nam & cognoſcendi, & ignoſcendi dabitur
ti locus.
Non vt meus, qui mihi per alium oſtẽdit ſua
tentiam.
Perij, is mihi, vbi adbibit plus paulo, ſua quæ
facinora?

ait, periculum ex aliis facito, tibi quod ex vſu
is: næ ille haud ſcit, quàm mihi nunc ſurdo
ret fabulam.
nunc me amicæ dicta ſtimulant, Da mihi, at-
affer mihi.
uid reſpondeam, nihil habeo: neque me quiſ-
m eſt miſerior. (men
ic Clinia, etſi is ſuarum rerum ſatagit: atta-
bene ac pudice eductam, ignaram artis me-
iciæ. (bilis.
t potens, procax, magnifica, ſumptuoſa, no-
uod dem ei recte eſt: nam nihil eſſe mihi, re-
eſt dicere.
o mali non pridem inueni: neq; etiam dum
pater.
m iniqui ſunt patres.] *Solus Clitipho permanſit, i de patre conqueritur, vt mos eſt adoleſcentiũ, qui præcepta moleſtè ferunt.* Quæ nunc eſt.] *Huic il- trarium: Sed nunc ea me exquirere, iniqui patris quod ante hac fecit nihil ad me attinet. Dum tem- am rem tulit, ſiui animum vt expleret ſuum.* Ex idine.] *Libido eſt quæque voluntas temerè ſuſce- ud Salluſt. in Catil. tamen in bonam partem capi- gisq; in decoris armis, & militaribus equis, quàm s & conuiuiis libidinem habebant.* Cognoſcen- noſcendi.] *Ex affectu eorum loquitur, qui cum bnoxij ſint, alium habent animum, quàm haberẽt, eſſent.* Per alium oſtendit ſuam ſententiam.] *s, Sed reprimam. nam in metu eſſe hunc, illi eſt v- i adbibit.*] *Quàm petulãs ſit filius in parentem, o- r, cuius præcepta contemnit.* Ne ille.] *Næ pro cer- ur.* Da mihi atq; affer?] *Verba ſunt amicæ: quæ litiphonem ſtimulant, quàm patris præcepta. Sata- itiuo iungitur. Satagit, id eſt, anxius eſt & curio- um rerum.* Pudice eductam.] *Quod nos educa- nus, antiqui educere dixerunt.* Procax.] *Procare eſt. vnde procaces meretrices, ab aſſidue poſcendo: i vxorem poſcentes in matrimonium.* Religio.] *vel ſolicitudo. Terent. in Andria, Dignus cum tua*

iſtac religione & odio. Inde dies religioſi, infame. fauſti dicti: quos ex contraria cauſſa propter hom ritatem relinquam.

ACTVS II. SCENA II.

CLINIA. CLITIPHO.

Octoſ. Iambici.

SI mihi ſecundæ res de amore meo eſſent, i dum ſcio
Veniſſent: ſed vereor ne me abſente hic mul rupta ſit.
Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi a exaugeant:
Locus, occaſio, ætas: mater, ſub imperio e
Cui nihil iam præter precium dulce eſt. CL nia. CLIN. hei miſero mihi.
CLIT. Etiam caues, ne videat fortè † hinc te aliquis exiens?

† al. hic.

CLIN. Faciam: ſed neſcio quid profectò m mus præſagit mali.
CLIT. Pergin' iſtuc prius diiudicare, quàm ſ veri ſiet?
CLIN. Si nihil mali eſſet, iam hîc adeſſent. iam aderant. CLIN. quando iſtuc erit?
CLIT. Non cogitas, hinc longius abeſſe? mores mulierum?
Dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt. ô Clitipho,
Timeo. CLIT. reſpira: eccum Dromonem c ro, vnà adſunt tibi.

SI mihi.] *Hic mira amantis ſolicitudo exprimi expectanti hora, dies, annus videtur.* Si mihi *res eſt ſuſpicionis plena. Torquetur igitur Cli & dilatione amicæ Antiphilæ.* Sed vereor ne *Bene amantis exprimit affectum, qui ſemper omn teri... ſuſpicatur.* Mihi animum exaugeant.] *dicitur animus, quando multa concurrunt quib tur in eam partem in qua inclinatur.* Occaſio *Hi loci ex arte Rhetorica etiam ad maioris rei conf nem valent.* Occaſio, locus, ætas, mater.] *A ta denunciantur aut à rebus, aut à perſonis. hac enin*

locus,occaſio,inſtrumentum,modus, & cætera re-
:identia à perſonis deducunt hoc modo. Nam ſimi-
entibus aut maioribus ſuis filij plerumque cre-
': & nonnunquā ad honeſtè turpiterque viuendū.
er à natione quoque, patria, ætate, educatione &
na ſumuntur. Hei mihi.] *Hei,datiuo iungitur. vt,*
'ei mihi qualis erat. Heu vero,accuſatiuo: vt alibi
:us, Heu me miſerum. Mihi animus præſagit ma-
:fieri conſueuit, vt quoties aliquid expectamus, ea
int potius quæ mentem noſtram ad cogitandum
!mali trahant. Quando iſtuc erit?] *Non poteſt*
ex nimia ſuſpicione venturam amicam. Non co-
inc longius abeſſe?] *Clitipho remouet ſuſpicio-*
animo Cliniæ, & locorum interuallo, & ex cultu
um, quæ maiorem temporis partem in ſe ornando
int. Clitipho,timeo.] *Vide nulla re arceri poſſe*
mem ex pectore amantis. Eccum Dromonem
yro.] *δεικτικῶς. & cum geſtu nimiæ lætitiæ pro-*
:ndum eſt.

ACTVS II. SCENA III.

j & octonarij Iābici,permixtis Trochaicis Catalect.

YRVS, DROMO, *ſerui.* CLITI-
PHO. CLINIA.

tu? DRO. ſic eſt. SY. verum interea dum ſermo- Troch.catal.
nes cædimus, (nia?
unt relictæ. CLI. mulier tibi adeſt: audin' Cli-
I. Ego vero audio nunc demum, & video, &
eo clitipho. (gregem
nime mirum, adeo impeditæ ſunt, ancillarum
int ſecum. CLIN. perij, vnde illi ſunt ancillæ?
I. men' rogas?
Non oportuit relictas: portant quid rerum.
LIN. hei mihi.
urum, veſtem: & veſperaſcit, & non noue-
nt viam.
m à nobis ſtulte eſt. abi dum tu Dromo illis
uiam
ere: quid ſtas? CLIN. væ miſero mihi, quanta
: ſpe decidi.

CLIT. Quid iſtuc? quę res te ſollicitat autem? c rogitas quid ſiet?
Viden' tu ancillas, aurum, veſtem? quam ego vna ancillula
Hic reliqui: vnde ea eſſe cenſes? CLIT. vah nur mum intelligo.
SY. Di boni, quid turbæ eſt? ædes noſtræ v pient, ſcio. (mi
Quid comedent? quid bibent? quid ſene erit n
Sed video, eccos quos volebam. CLIN. ô Iupi binam eſt fides?
Dum ego propter te errans, patria careo de tu interea loci
Collocupletaſti te Antiphila, & me in his de ſti malis.
Propter quam in ſumma infamia ſum, & mec minus ſum obſequens:
Cuius nunc pudet me, & miſeret: qui harum r cantabat mihi,
Monuiſſe fruſtra, neque potuiſſe vnquam a me expellere:
Quod tamen nunc faciam: tum cùm gratum eſſe potuit, nolui. (rat vid
Nemo eſt miſerior me. SY. hic de noſtris verl
Quæ hic ſumus locuti. Clinia, aliter tuum am atque eſt, accipis:
Nam & vita eſt eadem, & animus te erga ide
Quantum ex ipſa re coniecturam * fecimus.
CLIN. Quid eſt obſecro? nam mihi nunc nil rum omnium eſt
Quod malim, quàm me hoc falſo ſuſpicarier.
SY. Hoc primum, vt ne quid huius rerum ignor
Quæ eſt dicta mater eſſe ei ante hac, non fuit:
Ea obijt mortem, hoc ipſa in itinere alteræ
Dum narrat, forte audiui. CLIT. quænam eſt a
SY. Mane: hoc quod cœpi primum enarrem (pho: (om
Poſt, iſtuc veniam. CLI. propera. SY. iam pri
Vbi ventum ad ædeis eſt, Dromo pulſat fores:

Sen. Iamb. * al. cepimus.

uædam prodijt: hæc vbi aperuit oſtium,
uo hic ſe conijcit intro: ego conſequor:
oribus obdit peſſulum: ad lanam redit.
iri potuit, haud vſquam alibi, Clinia,
udio vitam ſuam te abſente egerit.
improuiſo eſt interuentum mulieri:
a res dedit tum exiſtimandi copiam,
dianæ vitæ conſuetudinem:
aiuſq; ingenium vt ſit declarat maxume:
em telam ſtudioſe ipſam offendimus,
criter veſtitam veſte lugubri,
uis cauſa opinor, quæ erat mortua:
ro ſum ornatam, ita vti quæ ornantur ſibi,
nalam re eſſe expolitam muliebri:
as paſſus, prolixus, circum caput
is negligenter: pax. CLIN. Syre mi, obſecro
in lætitiam fruſtra conijcias. SY. anus
men nebat: præterea vna ancilla erat:
bat vnà, pannis obſita,
ta, immũda illuuie. CLIT. ſi hæc ſunt Clinia
a vti credo, quis te eſt fortunatior?
anc, quam dicit ſorditatam & ſordidam?
am hoc quoque ſignum eſt, dominam eſſe
a noxiam,
ius tam negliguntur internuncij.
liſciplina eſt, eiſdem munerarier
as primùm, ad dominas qui affectant viam.
Perge obſecro te, & caue ne falſam gratiam
as inire. quid ait, vbi me nominas?
i dicimus rediſſe te, & rogare vti
t ad te, mulier telam deſerit
nuo, & lachrymis oppletos totum ſibi:
ile ſcires deſiderio id fieri tuo.
Præ gaudio (ita me dij amẽt) vbi ſim neſcio.
iui. CLIT. at ego nihil eſſe ſciebam Clinia. Proceleuma & tres anapeſti.
um viciſſim Syre, dic quæ illa eſt altera?
ducimus tuam Bacchidem. CLIT. hem, quid Octo. Iamb.
chidem? (hos ſcilicet. acat. per-
celeſte quo illam ducis? SY. quo ego illam? ad mixtis troch.
Ad patrémne? SY. ad eum ipſum. CLIT. ô ho- cat.

minis impudentem audaciam.

SY. Heus tu, non fit ſine periculo facinus ma
&memorabile.

CLIT. Hoc vide, in mea vita tibi laudem is c
tum ſcelus:

Vbi ſi paululũ modo quid te fugerit, ego per
Quid illo facias? SY. at enim. CLI. quid enim
ſinas, dicam. CLIN. ſine.

CL. Sino. SY. ita res eſt, hæc nunc quaſi cum
quas malum, ambages mihi

Narrare occipit? CLIN. Syre verum hic dicit,
ad rem redi.

Octõ. Troch. SY. Enimuerò reticere nequeo: multis modis
rius (hercle eſt,

Clitipho eſt: neque ferri potis eſt. CL. audien
SY. Vis amare: vis potiri: vis, quod des illi, effici
Tuum eſſe in potiundo periculum non vis:
ſtulte lapis,

Siquidem id ſapere eſt, velle te id quod non
contingere.

Aut hæc cum illis ſunt habenda, aut illa cu
amittenda ſunt.

Harum duarum conditionum nunc vtram
vide:

Et ſi hoc conſilium, quod cepi, rectum eſſe
tum ſcio.

* Nã redundat in verſu. * Nam apud patrem tua amica tecum ſine m
ſit copia eſt.

Tum quod illi argentum es pollicitus, eadem
inueniam via.

Quod vt efficerem, orando ſurdas iam aureis
dideras mihi.

Quid aliud tibi vis? CL. ſiquidem hoc fit. SY.
dem experiundo ſcies.

CL. Age age, cedò iſtuc tuum conſilium qu
eſt? SY. aſſimulabimus

Tuam amicam, huius eſſe amicam. CL. pulchre,
quid hic faciet ſua?

An ea quoque dicetur huius, ſi vna hæc dedeco
parum?

SY.

ò ad tuam matrem deducetur. CL. quid eò?
ıngum eſt Clitipho,
ıarrem; quamobrem ıd faciam, vera cauſa eſt.
'abulæ,
.tis firmi video, quamobrem accipere hunc
expediat metum.
ıe, habeo aliud, ſi iſtuc metuis, quod ambo
iteamini
riculo eſſe. CL. huiuſmodi obſecro aliquid
eri. SY. maximè.
uiam hinc: dicam vt reuortantur domum. Senarij.
ıem,
ixti? SY. ademptum tibi iam faxò omnem
ım,
m vtramuis ocioſe vt dormias.
uid ago nunc? CLIN. tu ne? quod boni eſt.
Syre dic modo
. SY. age modo: hodie ſero, ac ne quic-
n voles.
ɔatur modo, fruere dum licet: nam neſcias,
poteſtas poſthac, an nunquam, tibi.
ıyre inquã. SY. perge porrò, tamen iſtuc ago.
Verum hercle iſtuc eſt. Syre, Syre inquam,
heus Syre.
.caluit, quid vis? CLIT. redi redi. SY. adſum,
uid eſt? (mò Syre,
c quoque negabis tibi placere. CLIT. I-
& meum amorem, & famam permitto tibi.
ıdex, ne quid accuſandus ſis vide.
culum eſt iſtuc me admonere Clitipho,
ſtuc minor mea res agatur, quàm tua.
uid nobis forte aduerſi euenerit,
ınt parata verba, huic homini verbera.
ɔpter neutiquam hæc res neglectui eſt mihi.
ı exora, vt ſuã eſſe adſimulet. CLIN. ſcilicet
ım] me eſſe, in eum iam res rediјt locum,
eceſſe. CLIT. merito te amo Clinia.
Verum illa ne quid titubet. SY. perdocta eſt
ıe.
At hoc demiror, qui tam facile potueris

Perſuadere illi, quæ ſolet quos ſpernere.

SY. In tempore ad eam veni, quod rerum om

Primum: nam miſerè quendam offendi milite

Eius noctem orantem: hæc arte tractabat viru

Vt illius animum cupidum inopia incenderet

Eademq; vt eſſet apud te ob hoc quàm grati

Sed heus tu vide ſis, ne quid imprudens ruas:

Patrem nouiſti ad has res quàm ſit perſpicax.

Ego te autem noui quàm eſſe ſoleas impoten

Inuerſa verba, euerſas ceruices tuas,

Gemitus, ſcreatus, tuſſeis, riſus abſtine.

CLIT. Laudabis. SY. vide ſis. CLI. tutemet mir

SY. Sed quàm citò ſunt conſecutæ mulieres?

CLIT. Vbi ſunt? cur retines? SY. iam nunc ha eſt tua. (lo

CLIT. Scio, apud patrem: ât nunc interim. SY

CLIT. Sine. SY. non ſinam inquam. CLIT. paulisper. SY. veto.

CLIT. Saltem ſalutare. SY. abeas, ſi ſapis. CLI

Quid iſtic? SY. manebit. CLIT. ô felicem hom SY. ambula.

AIn' tu?] *Hæc ſcena plena eſt timoris & ſuſpicio* *perſona ſeruilis vtriq; ſuccurrit* Ain' tu?] *Hoc,* *vt intelligas multa verba præceſſiſſe.* Mulier.] *Non* *phila, aut amica: ſed ſic dixit quaſi illi qui deſper* *redituram.* Ego verò audio.] *Verba ſunt reſpira* *ad ſe redeuntis.* Minime mirum.] *Mulieres à natu* *dæ in inceſſu ſunt. ſed hic additur cauſa tarditatis.* me mirũ.] *Scilicet ſi relictæ ſunt.* Perij.] *Cliniæ ſu* *quod amica corrupta ſit, ab ancillarum grege oritu* *enim ab aliis amatoribus eſſe putat.* Portât quid re *Ob hoc nõ eſt ſecurus Syrus, quod mulieres relictæ ſ* veſperaſcit, & non nouerunt viam.] *Cauſa cur* *portuit relictas, quis enim tutus, ſi quid portat, &* *ctc, & in incerto itinere?* Væ miſero mihi.] *Magis* *catur Clinia quod à Syro aurum & veſtem audieri* dum.] *Dum* παρέλκον. Vnde ea eſſe cenſes?] *Vn* *iſta, tanquã notũ eſſet, nõ explicuit.* Quid turbæ eſt *ſona ſeruilis, vtpote fidelis, heri impenſis timet.* Qui bæ eſt.] *Turba primum perturbationem ſignifica* *turbo turbas, perturbo, deturbo. Dehinc multitu*

turbatione nõ vacat. Capient.] *Aliàs diligent ſi- Verg. Aut capere, aut captas iã deſpectare videtur.* uos volebam] *Eccum eccã, eccos eccas, ellum el- ellas, ab ecce compoſita ſunt, & per aduerbia re- r, non per nomina. Eccum, ecce hic, ſubintellige : quo agebamus. Eccam, ecce hic, ſubintellige fœ- ta ellum intellige, ecce illum virum, &c.* O Iupi- *exclamat dum putat ab amica eſſe deceptum.* Er- *inc errores dicuntur.* Pudet & miſeret.] *Rectè, pudorem ſolet conſequi miſericordia. Pudet ve- eſt; Piget pœnitentiæ. Terent. in Adelph. Fratris m pudet, pigetque. Et bene pudet de filio in pa- Andria, Tum patris pudor.* Cantabat.] *Hoc eſt, r dicebat, & ſignificantius dixit cantabat, & an- ere pro eloqui dixerunt.* Ab hac.] *Sic dixit, quia appulerat: etſi ſuperius, Me deſeruiſti dixerit.* Hic is verbis.] *Superius, Portant quid rerum, & au- veſtem dixit.* Videlicet.] *Scilicet & videlicet i- ficare videntur quod certe: ſed habet vſum ſuum itudinem cum deriſu permixtam. Vergil. Scilicet labor eſt. Quintil. Hoc videlicet expectaſti.* Ex *Ex ſignis quæ dicturus eſt.* Anus quæ dicta eſt *Hoc contra illud eſt quod ſupra dictum à Clinia, b imperio cuius eſt, mala.* Ea obiit mortem.] *m, ne ab illa corruptam amicam ſuſpicetur.* Al- m narrat.] *Antiquum eſt: nos alteri dicimus.* m eſt altera ?] *Interrogat, qui nondum intelle- icam aduentare.* Propera.] *Properat qui feſti- liquid agit vel dicit. Verg. Multa forent quæ mox peranda ſereno Maturare datur.* Iam primum n.] *Sic incipit, vt multa pudicitiæ ſigna narratu- ius in primo ab vrbe cond. Iam primum omnium ſtat.* Anus quædam prodit.] *In Eunucho de vi- erſona; Prodi foras, male conciliate.* Ad lanam *Hæc ſigna ſunt pudicè vitam agentis. Sic in An- imum hæc pudicè vitam, parcè, ac duriter agebat, tela victum quæritans.* Vitam exegerit.] *Aliter xigere vitam, exigere fabulam, & exigere opus, t enim traducere expellere, & finire.* Exiſtimandi .] *Iudicandi. Aeſtimare enim, eſt conſiderare: Exi-*

ſtimare

ímne tecum hic res mihi eſt? SY.minime, tuũ

BA. Eatur. SY. ſequere hac, heus Dromo. DR.
me volt? SY. Syrus. DR. quid eſt rei?
S. Ancillas omneis Bacchidis traduce huc propere.
DR. Quamobrem? S. ne quæras: & ferant quæ huc attulerunt:
Sperabit ſumptum ſibi ſenex leuatum eſſe abitu.
Næ ille haud ſcit hoc paulum lucri, qua damni apportet.
Tu neſcis quod ſcis Dromo, ſi ſapies. DR. dices.

SAtis pol proterue.] *Reſtat ad fallaciam & a quendum argentum, vt Bacchis irata à Syro p & ad Menedemum tranſeat.* Satis pol.] *Meretr queſtio exprimitur, cuius tota indignatio depende tradita pecunia.* Huc induxerunt.] *Inducitur cum verbis alterius decipitur.* In Andria.] *Vide inducas.* Promiſſa.] *Cicero, Promiſſa tua memori Aliter accipitur, cum dicimus promiſſa barba. n mittere, eſt polliceri: & ad magnitudinem nutrir tus, Capillum promittam.*

Pollicitus.] *Pollicemur magis ſponte: Promitt gati.* Promiſſa.] *Dicitur promiſſum & promiſſio. ſio & pollicitatio eandem vim habent. ſed pollicit toris aſſeuerationis eſt.* Vt veniam, fruſtra veni *chra permutatio eiuſdem verbi per tempora, quæ iratis.* Spe pendebit animi.] *Quod eſt corpori ciatũ animi tranſtulit. Supra viſum eſt quam tor amãtes in amicarũ expectatione.* Ac nõ veniã.] *retricis calliditas exprimitur. Iã cogitauit quẽadn rus videatur apud Clitiphonẽ vanus & mendax, e illo verberetur.* Mihi.] *In meã vltionẽ. Verg. Poſt ſimili pœna commiſſa luetis.* Pendet pœnas.] *T Verg. Tum pendere pœnas Cecropide iuſſi.* Satis ſc *cum riſu pronunciandum. Scite, pulchre. In Andr puer.* Promittit.] *Scilicet venturam.* Hanc *Hanc, & ad contemptum, & ad odium di bent enim iſta pronomina quandam emphaſin.* commouebo.] *Bene iſtos, quaſi odioſos. In*

te iſto. Ver. Aut quid petis iſtis? Hæc enim prono-nentis ſunt, odiumq́; monſtrantis. Dormiunt.] *nt & negligentes.* Mea Phrygia.] *Hoc eſt pro-eretricis vltro excludere amantem, & alium re-l ad ali im ſe cōferre.* Phrygia.] *Nomen à regione, bia, Andria, Samia* Quam villam.] *Villa domus quo ruſtici res vehunt, & euehunt. Verg. Et iam rocul villarum culmina fumant. Vterer Varronis o ex primo de re ruſtica ad Fundaniam, niſi no-*.Ad dexteram.] *Inducit memorem meretricem, im, vbi ſit, & quid agat amans. nam huiuſcemodi nil aliud agunt, nil aliud curant, quam quomo-d ab amantibus extorqueant.* Curriculo.] *Hoc rbium, aliàs nomen.* Apud eum miles.] *Hic eſt perius Syrus: Nam miſerum quendam offendi ibi ius noctem orantem, hæc arte tractabat virum.* Dionyſia.] *Aliter agitat accipitur, quum dici-at conuiuia & Dionyſia: & aliter quum dicimus, tia. Iuuenalis, Hæc ego non agitem?* Quid ince-*Tanquam de magno facinore dixit: nam inceptare re magnorum eſt facinorum.* Seruari.] *Cuſtodi-lius ſuſpicioſe obſeruari. vt illud Verg. Quod ſu-li menſes & ſydera ſerua.* Mane mane.] *Hæc ſin-ba ſi diligenter notes, Syri magnam trepidationem ideo ſtatim de argento mentionem fecit, in quo lis ndebat inter Syrum & Bacchidem.* Quin.] *Pro loco ponitur.* Quin.] *Repetit Bacchis Syri verbum, ſt iratorum.* Num ego inſto?] *Fingit ſe non ma-curare vt habeat argentum: quemadmodum fa-qui defeſſi ſunt diu petendo aliquid.* Sodes.] *tis aduerbium.* Quam rē agis ſcelus?] *In And. llic ſcelus. Et ad intellectū, non ad verba redigitur. ſcelus ſceleſtus intelligitur. & plus dixit quàm ſce-, Tu nihil niſi ſapiētia es. Mart. Non vitioſus homo ſed vitium.* Eo.] *Ridicule additum: vt ſit Eo, loci um.* Argentum cudo.] *Ioculariter dixit. Cuditur cunia dum imprimitur.* Quam illudas?] *In And. vobis videmur eſſe idoneæ, in quib. ſic illudatis? Il-te, ſeptimo caſu: & illudo te accuſatiuo dicimus. quoq; illudo te & tibi.* Non eſt temere.] *Sic di-*

cimus

citur quando aliquid fit non ſine magna ratione.] *hac re, vt ad Menedemum traducar. & eſt cum in tione legendum, ita vt neget non veniſſe ea gratia. Cito flectitur, & quia mulier, & meretrix, quæ minimo lucello.* Quamobrem.] *Vtpote tardiuſc intelligit Syri conſilium. de eo ſuperius : Ille Clini tardiuſculus.* Damnum.] *Damnum rei eſt: Mal hominis. Perſoluet Chremes argentum ex fallac quod erit maius damnum, quàm ſi permanſiſſet n* Tu neſcis quod ſcis Dromo.] *In Eunucho, Tu pis, quod ſcis neſcis. Non poſſumus neſcire quod ſc ita vt concordia diſcors. Vergilius, ſequiturq; ſeq* Neſcis.] *Hoc eſt quod dicitur. Quod ſcis neſcis, biale eſt, & multum apud dialecticos tractatum & non facio, & amicus ſum & non ſum, & audi audio, & cætera huiuſmodi.*

ACTVS IV. SCENA V.

Senarius, vnus quadratus.

CHREMES. SYRVS.

ITa me dij amabunt, vt nunc Menedemi vi
Miſeret me, tantum deueniſſe ad eum mali
Illanccine mulierem alere cum illa familia?
Etſi ſcio, hoſce aliquot dies non ſentiet,
Ita magno deſiderio fuit ei filius.
Verum vbi videbit tantos ſibi ſumptus dom
Quadratus. Quotidianos fieri, nec fieri modum,
Optabit rurſum vt abeat ab ſe filius. Syrum
Senarij. Eccum. SY. ceſſo hunc adoriri? CH. Syre. SY. quid eſt?
SY. Te ipſum mihi iamdudum exoptabam c
CH. Videre egiſſe iam neſcio quid cum ſen
SY. De illo quod dudum? dictum ac factum
CH. Bonáne fide? SY. bona hercle. CH. n ſum pati
Quin tibi caput demulceam, accede huc Syr
Faciam boni tibi aliquid pro iſta re, ac luben
SY. At ſi ſcias quàm ſcite in mentem venerit.
CH. Vah, gloriare eueniſſe ex ſententia?
S. Non hercle verò, verum dico. CH. dic qui

:litiphonis eſſe amicam hanc Bacchidem
ıo dixit Clinia, & ea gratia
duxiſſe, ne tu id perſentiſceres.
:. s. dic ſodes. c h. nimium inquam. s. imò
:.
ı auſculta quod ſupereſt fallaciæ.
licet tuam vidiſſe filiam:
complacitam formam, poſtquam aſpe-

:upere vxorem. c h. modo quæ inuentá
eam.
:m iubebit poſci. c h. quamobrem iſtuc * al. Equidē.

ſus nihil intelligo. s. vah, tardus es.
ſſe. s y. argentum dabitur ei ad nuptias,
que veſtem, quî, tenésne? c h. compareť?
um. c h. at illi ego neque do, neque de-
:o.
uamobrem? c h. quamobrem? me rogas?
ı fugitiuo dabo? s y. vt lubet.
perpetuo dicebam vt illam illi dares,
ſimulares. c h. non mea eſt ſimulatio.
c tua miſceto, ne me admiſceas.
daturus non ſim, vt ei deſpondeam?
bam. c. minime. s y. ſcite poterat fieri.
c, quia dudum tu tantopere iuſſeras,
c h. credo. s y. cæterū equidē iſtuc Chreme
n: que facio. c h. atqui tum maximè
lare operam vt fiat, verum alia via.
uæratur aliud, ſed illud quod tibi
gento, quod iſta debet Bacchidi, id nun c
dum eſt illi: neque tu ſcilicet
confugies: quid mea? num mihi datum eſt?
i? num illa oppignorare filiam
: inuito potuit? verum illud Chreme
is ſummum ſæpe ſumma *malicia eſt. *al. iniuria.
l faciam. s. imò, aliis ſi licet, tibi non licet:
: in lauta, & bene aucta parte putant.
n egomet iam ad eam deferam. s y. imò,

lube

Iube potius. CH. quamobrem? S. quia enim i
ſuſpicio eſt
Tranſlata amoris. CH. quid tum? SY. quia vi
Magis veriſimile id eſſe, cum hic illi dabit:
Et ſimul efficiam facilius ego quod volo:
Ipſe adeò adeſt, abi, effer argentum. CH. eff

ITa me dij amabunt.] *Hic eſt tranſacta Syri, & tandem extorquetur argentum: & idem eſt qui fuit in prima comœdiæ parte. miſeretur enim demi & eius vicem dolet, credens Bacchidem ami niæ eſſe.* Tantum mali.] *Magis propriè dixiſſe niſi ad ægritudinem animi referas.* Illancine rem?] *Hoc eſt, quod ſupra dixi, iſta pronomina aff temptum & odium.* Cum illa familia.] *Cum dixit, id quod ſuperius facete Syrus pompam ap* Ita magno deſiderio.] *Vix in primis explebile rium illius rei eſt quam diu optauimus: ſed eius p dies paulatim nos ſatietas capit.* Nec fieri m *Quod plus eſt, & ad prodigalitatem accedit.* Ecc *Andria, Atque eccum video. Superius dixi eccum reſolui per aduerbia, non per nomina. ſed tamen ſi Donatum, eccum, quaſi ecce eum, veteres dixer cum, ellum: quòd apertius ſignificat ecce eum, ec* Ceſſo hunc adoriri.] *Quaſi de improuiſo allo gredi. In And. Hic ſi me imparatum nunc in ver. adortus eſſet. Adoriri dicitur, qui ex inſidiis repen dit, dictum ab eo, quod corpora aggredientium e ſubito, atque increſcant.* Hem.] *Interiectio læti, turbati.* Te mihi ipſum iamdudum.] *Lauren la, vir omnium noſtræ ætatis eruditiſſimus, dici & iamdudum de paruo tempore dici, vnius hor mihi eræ, aut duarum horarum, vel ad ſummum ſed Donatus illud Terentianum exponēs: Iamduc tem inter* * *nos factæ lites: ſic inquit, Quia iamdu finitæ moræ eſt, addidit ætatem, vt oſtendat multu temporis: & factum eſt, Iamdudum ætatem, pr quo tempore. Lucilius, Vt multum menſeſque die tamen ætatem. Aetatem, diu longinquoque te prolixo vt eſt ætas, & quæ ſequuntur.* Videre

* al. eos.

hoc ex verbis Syri à quo exoptaretur: credebat e-x.ſe à ſeruo non optari, niſi gratia fallaciæ in Me-n. Acfactum reddidi.] *Secure & cum magna pronunciat: & plus eſt quàm ſi diceret feci.* Ca-ulceam.] *Magni blandimenti ſignum, quod fit, n re optata domino ſeruus ex ſententia obſequi-*i aliquid.] *Non dicit quid: vt eum lætiorem red-ſpe magni boni detineat.* Hercle vero.] *Aduer-confirmatiua.* Non hercle vero, verum dico.] *gloriari, & ſe veridicum fatetur: vt hi qui re ma-cta fingunt ſe non gloriari: vt ſint maioris fidei itatis.* Tui Clitiphonis.] *Hoc eſt, quod ſuperius Qui vim tantam in me & poteſtatem habeam ıtiæ, vera dicendo, vt eos ambos fallam. Inferius non credet Menedemo Bacchidem Clitiphonis eſ-*. Imò ſic ſatis.] *Sic dixit, vt qui ſuſpicaretur à dictum nimium inquam, non ſerio, ſed ioco.* idiſſe filiam.] *Neq; hoc Menedemo crediturus es, dum dicet inferius: Et illum aiunt velle vxo-*ebit poſci.] *Id eſt, peti. Petimus aliquid preca-imus imperioſe: Poſtulamus iure.* Prorſus nihil .] *Prorſus, pro eo quod eſt omnino. Sunt qui con-m velint. Vel prorſus, certe, recte, vere: & dici-porro verſus. nam prorſum, & porro verſum, id erſum. Hinc & proſa oratio, quam non inflexit.* Vah.] *Interiectio mirantis, & hoc cum geſtu & leuiori perſonæ congrue dictum.* Argentum] *Scilicet à Menedemo. inferius Chremes non im-rborum Syri, Menedemo dicet, Et illum aiunt rem: vt quum deſponderim, des qui aurum, & tque alia quæ opus ſunt comparet.* Qui.] *Pro* ſpondeo.] *Propriè dixit. Spondet pater puellæ: t pater adoleſcentis. In Andria, Placuit, deſpon-*iuo dabo?] *A conditione perſonæ Cliniam vi-nam fugitiui proprie ſerui, vnde in edicto Aedi-ulium titulus eſt ſeruorum fugitiuorum, Si tiuus, erroue ſit, noxáue ſolutus non ſit.* Non e-tuo.] *Vergilius, Connubio iungam ſtabili, pro-e dicabo. Illa datur perpetuo, quæ omnes annos to exigit.* Tua miſceto.] *Verba probi viri qui non vult*

non vult adhærere conſilio alterius in re non pr Cui daturus non ſum.] *Argumentum ab æqu æquum, non leges ipſæ concedunt, vt quis pater fil. cui ſpondeat, deinde deneget.* Iſtuc Chreme.] *I probabili vult inire opinionem optimi ſerui, qu no bona fide morem gerat, & pro viribus obſe.* Fiat, quæratur aliud.] *Aſtute & callide, in omn ſentitur hero: quia iam lenibus verbis extorqu gentum.* Eò nunc confugies.] *Id eſt, ad ratio ſtatim callide ſubiicit. magna vis eſt perſuaſioni niam non prius amouemus ea quæ is reſpondere aliquid petimus.* Me inuito potuit?] *Hæc pro te eſſent, & iure non teneretur reddere id argen.* lauta.] *Non decet eum qui lautæ vitæ ſit & dæ, in omnibus iuris rigorem obſeruare. nam qu guem ius ſeruant, aſperi, difficiles, & tenaces m dentur.* Egomet.] *Senex gloriæ cupidus adeò verbis Syri, vt ad meretricem cum argento feſti piat.* Simul conficiam.] *Hoc loco pro efficiam quo ſæpius in hac ſignificatione Cicero vtitur. ab feɛtum, proprie verbum conuenit gladiatoribus grauiſſimis vulneribus occubuerunt. Cicero in Ca Gladiatori illi confecto & ſaucio.*

ACTVS IV. SCENA V

CLITIPHO. SYRVS.

Senarij.

NVlla eſt tam facilis res, quin difficilis ſiet,
Quam inuitus facias: vel me hæc deamb
Quàm non laborioſa, ad languorem dedit.
Nec quicquam magis nunc metuo quàm ne
Miſer aliquo extrudar hinc, ne accedam :
chidem.
Vt te omnes equidem dij, deæque quantum
Cum iſtoc inuento, cúmque incepto perdui
Huiuſmodi mihi res ſemper comminiſcere,
Vbi me excarnifices. SY. i tu hinc quo dign
Quàm penè tua me perdidit proteruitas.
CL. Vellem hercle factum: ita meritus. SY. m
quo modo?

iſtuc ex te prius audiſſe gaudeo,
argentum haberes, quod daturus iam fui.
uid igitur tibi vis dicam? abijſti, mihi
m adduxti, quam non liceat tangere?
non ſum iratus: ſed ſcin' vbi nunc ſit tibi
cchis? CL. apud nos. SY. non. CL. vbi igitur?
apud Cliniam.
ij. S. bono animo es: iam argentum ad eam
'es,
:i pollicitus. C. garris: vnde id? S. à tuo patre.
dis fortaſſe me. S. ipſa re experibere.
ego fortunatus homo ſum: deamo te Syre.
cauſa id fiat, obſecundato in loco.
er egreditur: caue quicquam admiratus ſies.
imperabit, facito: loquitor paucula.

Apud redũdat in metro.

eſt tam facilis res.] *Hic exprimitur amantis antia, qui ob nimium amorem Syro in re ſua idehinc paulo momento illum demulcet.* Quin.] *d non.* Difficilis.] *Huic illud contrarium: Nihil homini volenti.* Vel me hæc. *Vel modo non eſt ua coniunctio, ſed pro etiam poſita, vt apud Verg. mo miſeranda manus.* Hæc deambulatio.] *Quæ non laborioſa. nam deambulatio homini potius em quam laborem affert.* Vt te omnes quidem *rouidens adoleſcens non conſiderat quid à Syro in n peractum ſit, ſed omnia ad voluptatem ſuam* ſtoc inuento.] *Cum contemptu atque odio hæc antur* Tuo iſtoc inuento, cumque incepto.] *magno facinore. nam inceptum, & inceptare, & magnorum eſt facinorum.* Perduint.] *Et anti- & Plautinum.* Comminiſcere.] *Pro commi- id eſt, fingis. hinc commentum, alibi, Atque ipſis nentum placet.* Excarnifices.] *Terribiliter excar- xit, id eſt, excrucies. Excarnificare deductum eſt à Carnifex eſt, qui carnes ex homine facit. nam ca- ſt, eò quod careat anima. & caro proprie dicitur m. Verg. Et corpora luce carentum. vel caro ſic tſi cado. Verg. Belloque caduci Dardanidæ, quod cet ſine anima ſit, & cadat.* I tu hinc.] *Et hic clamat: quod iam extorſerit argentum.* Proter-

uitas.] *Importunitas, vel petulãtia. Proteruitas, l*
quædam contumelia: Procacitas, maior: Petulãtia, n
Ita merit⁹.] *Meretur quis & bonũ & malũ, & m*
promereri eſt præſtare beneficium. Vergil. Quique
mores alios fecere merendo. Et idem, Nunquam
negabo Promeritam. Ex te prius audiuiſſe nega
fingimus, quando ſumus collaturi beneficium in
& quicquam audimus quod non placet, nec tamen
fenſos reddat. Non liceat tangere.] *Nimius eſt*
adoleſcente cum videat amicam, nec tamen tang
cultas datur. Iam non ſum iratus.] *Non poteſ*
mia lætitia diutius retinere quod fecerit. Iratus.
eſt ex cauſa: Iracundus ex moribus. Scin' vbi nu
Hæc interrogatio gaudentis eſt, & cui omnia ex
ceſſerint. Perij.] *Hæc vox eſt amantis, aliquid m*
cantis. Iam argentum.] *Iam, nimiam velocitatem*
cat. Deferes.] *In alia ſignificatione accipitur ill*
piadis ad Alexandrum, Amabo, inquit, mi fili
neque deferas me. Hinc delator. Garris.] *Tanq*
vnde garrulus. Et garrire is dicitur, qui inani
tur. Experibere.] *Antiquum eſt: nos dicimus*
Iuuen. Experiar concedatur in illis, &c. Næ ege
eſt, valde. Deamo te Syre.] *Id eſt, valde amo.*
auget, aliàs diminuit Qua cauſa id fiat.] *Vt*
habeamus quod ad Bacchidem deferas. Obſecu
loco.] *Obſecundare eſt omnia ad alterius nutu*
Loquitor paucula.] *Paucula dixit, non pauca:*
iorem vim admonitio iſta habitura eſt. nam pa
ram patre loquitur Clitipho.

ACTVS IV. SCENA V

CHREMES. CLITIPHO. SYR

VBi Clitipho nunc eſt? SY. eccum me, in
eccum hic tibi.
CH. Quid rei eſſet, dixti huic? SY. dixi pler
innia.
CH. Cape hoc argentum, ac defer. SY. hei,
lapis?
Quin accipis? CLI. cedo ſanè. SY. ſequere
Tu hic nos dum eximus interea oppenber

ihil eſt, illic quod moremur diutius.
nas quidem iam decem habet à me filia;
ro alimentis eſſe nunc duco datas:
rnamentis conſequentur alteræ.
hæc talenta dotis apposcent duo.
multa iniuſta, ac praua fiunt moribus?
nc relictis omnibus, inueniundus eſt
, labore inuenta mea cui dem bona.

litipho nunc eſt?] *Egreditur Chremes cum ar-* . Eccum me, inque.] *Syrus ſubijcit verba Cliti-* *æ patri reſpondeat.* Inque.] *Raro alibi præter in-* *inquit reperies. Inque, id eſt, dic.* Pleraque o- *Hic adiectio in primo poſita eſt loco. Adiectiones ve-* *prima parte orationis, aut in vltima adyciuntur.* *Pleraque, ex abundantia poſitum eſt. Omnia, ne-* *additum in vltimo, ſicut interea loci, interibi.* as lapis?] *Hoc dictum in ignauum: Illa vero, cau-* *s, aſinus, in ſtultum.* Quin.] *Pro cur non.* Op- e.] *Antiquum eſt, ſicut experibere.* Minas qui- *nducitur tenax ſenex circa rem ſollicitus, qui con-* *r de damno quod illi acciderat de inuẽta filiâ.* Pro is.] *Nam crediderat anũ illam oppignoraſſe filiã* . Alteræ.] *Id eſt, totidem.* Porrò.] *Modo aduer-* *nis: alias temporis.* Hæc apposcent.] *Hæc plura-* *Hæ. In Eunucho, Continuo hæc adornant vt lauet.* *nione, Hęc illæ erant itiones.* Talenta duo.] *In* *bus dicet, Duo talenta pro re noſtra ego decreui* Relictis omnibus] *Poſitis omnibus aliis nego-* ore inuenta.] *Proprie parta.*

TVS IV. SCENA VIII.

MENEDEMVS. CHREMES.

o omnium nunc me fortunatiſſimum — Senarij.
tum puto eſſe gnate, cum te intellego
cere. CH. Vt errat? M. te ipſum quærebam
me:
uod in te eſt, filium, & me, & familiam.
do, quid vis faciam? ME. inueniſti hodie
n.

CH. Quid tum? ME. hanc ſibi vxorem da
Clinia.
CH. Quæſo quid tu hominis es? ME. quid? C.
oblitus
Inter nos quid ſit dictum de fallacia,
Vt ea via abs te argentum auferretur? ME. ſci
CH. Ea res nunc agitur ipſa. ME. quid dixti C
CH.* Erraui: ſic res acta eſt. ME. quanta ſpe d
CH. Imò hæc, quæ nunc apud te eſt, Clitiph
Amica. ME. ita aiunt. CH. & tu credis? ME. or
C. Et illũ aiunt velle vxorem, vt cum deſpon
Des qui aurum, ac veſtem, atque alia, qu
ſunt, comparet.
ME. Id eſt profecto: id amicæ dabitur. CH. ſci
Daturum. ME. vah, fruſtra igitur gauiſus mi
Quiduis tamen iam malo, quàm hunc amitt
Quid nunc renunciem abs te reſponſum Ch
Ne ſentiat me ſenſiſſe, atq; ægrè ferat?
CH. Aegrè? nimium illi Menedeme indulges
Inceptum eſt: perfice hoc mihi perpetuo Cl
CH. Dic conueniſſe, egiſſe te de nuptiis.
ME. Dicã: quid deinde? CH. me facturũ eſſe
Generum placere: poſtremo etiam ſi voles,
Deſponſam quoq; eſſe dicito. ME. hẽ iſtuc
CH. Tanto ocyus te vt poſcat, & tu id quod
Quàm ocyſſime vt des. M. cupio. C. ne tu pro
(Vt iſtam rem video) iſtius obſaturabere:
Sed hæc ita vt ſunt, cautim & paulatim dabi
Si ſapies. ME. faciã. CH. abi intro, vide quid
Ego domi ero, ſi quid me voles. ME. ſane vo
Nam te ſciente faciam quicquid egero.

Erraui, prima ſyllaba pertinet ad verſum præcedentem.

MVlto omnium me nunc.] *Hic eſt iucunda erroris ſenis de verbis Syri, qui Menedem decipi, dum ipſe decipitur.* Vt errat.] *Verg Vt vid* Filium.] *Filium prius nominauit, in quo omnis tris erat.* Quæſo.] *Modo obiurgatorium eſt.* Q minis eſt?] *In Eunucho, Quid iſtuc inquam o Scire nos conuenit, cum recto caſu profertur in tuo, non eſſe contumelioſum: vt ſi dicas, Quis hic Si autem in obliquo, contemptum ſignificari: vt,*

nis? quid mulieris? quid ornatus? Ea res nunc a-ſa.] *Et ex hoc credit eos inter ſe finxiſſe Cliniam a-ntiphilam.* Sic res acta eſt.] *Vt decipiaris. Et hæc cum contemptu interrogat. nam & hoc fictum eſſe* :a aiunt.] *Ita aiunt, de re dicimus, quam volumus* *im.* Id eſt profecto.] *Fingit ſe credere amico quem ognouerat.* Gauiſus.] *Bene de filio gauiſus dixit, udemus propriis: gratulamur alienis.* Miſer.] *Mi-:ui animæ miſeria eſt.* Amittere.] *Pro dimittere, ıtiquo.* Aegrè.] *Sic diſtingue, vt Chremes hanc vo-nedemi ſubrideat: quippe quod filius non ſit vlla in ıdus.* Indulges.] *Nullum magis proprium verbum e potuiſſet de patre, qui omnia filio permittit.* In-ı.] *Nam quod ſemel inceptum eſt, non poteſt facile* Deſpōſam.] *Et hoc eſt quod Cliniæ magis placitu-* .Hem.] *Modo interiectio lætantis, aliàs iraſcentis.* ocyus.] *Quia ſi acceperit filius deſponſatam An-n, quamprimum expoſcet argentum ad ornamen-enda.* Næ.] *Pro valde: & hoc proprie Terentianum* pediem.] *Temporis aduerbium, & ſignificat Ci-* ſaturabere.] *Id eſt nimiam de filio capies ſatieta-uod eſt corporis, ad animum tranſtulit, & ſic plus bo intulit, quàm ſi inueniſſet proprium verbum.* ent.] *Tanquam iure, quia iure aliquid poſtula-* e ſciente.] *Recte ſciente. nam ſciens eſt, qui alicuius rem cognoſcit. Prudens, qui intelligentia ſua ali-ntit. ergo ſciens eſt per alios.*

ACTVS V. SCENA I.

chaici quadrati catalectici, & ſenarij iambici.

MENEDEMVS. CHREMES.

ı me non tam aſtutum, neque ita perſpicacem eſſe, * id ſcio. — al. certo ſcio, tunc eſſet Iamb.
ic adiutor meus, & monitor, & præmonſtra-Chremes,
nihi præſtat. in me quiduis harum rerum con-nit,
ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus, ımbeus.

In illum nihil poteſt : nam exuperat eius ſ
hæc omnia.
CH. Ohe, iam deſine deos vxor gratulando
dere, (nio i
Tuam eſſe inuentam gnatam : niſi illos ex tu
Vt nihil credas intelligere, niſi idem dicti
centies.
Sed quid interim illic iamdudum gnatus ceſſ
Syro?
ME. Quos ais homines Chreme ceſſare? CH.
Menedeme aduenis?
Dic mihi, Cliniæ quæ dixi nunciaſtíne? ME.
CH. Quid ait? ME. gaudere adeò occepit, q
cupiunt nuptias.
CH. Ha ha hæ. ME. quid riſiſti? C. ſerui ve
mentem Syri (fingit
Calliditates. M. itáne? C. vultus quoque ho
ME. Gnatus quod ſe aſſimulat lætum, id dic
id. ME. idem iſtuc mihi
Venit in mentem. CH. veterator. ME. magis, ſ
noris putes
Ita rem eſſe. CH. ain' tu? ME. quin tu auſcul
mane, hoc prius ſcire expeto
Quid perdideris: nam vbi deſponſam nũciaſ
Continuo injeciſſe verba tibi Dromonem, ſ
Sponſæ veſtem, aurum, ancillas, opus eſſe
tum vt dares.
ME. Non. CH. Quid non? ME. non inquam. C
ipſe gnatus? ME. nihil prorſus Chreme.
Magis vnum etiam inſtare, vt hodie confic
nuptiæ.
CH. Mira narras: quid Syrus meus? ne is
quicquam? ME. nihil.
Iamb. tetrã. acatal. CH. Quamobrem? ME. neſcio equidem; ſe
ror, qui alia tam plane ſcias:
Sed ille tuum quoq; Syrus idem mire finxit fi
Vt ne paululum quidem ſuboleat eſſe amica
Cliniæ.
CH. Quid ais? M. mitto iam oſculari, atque
xarand nihil puto.

C

id eſt, quod amplius ſimuletur? ME. vah. CH.
eſt? ME. audi modo:
hi vicinis conclaue in ædibus quoddam
:
intro latus lectus, veſtimentis ſtratus eſt.
id poſtquam hoc eſt factum? ME. dictum, fa-
: huc abiit Clitipho.
as? M ſolus. C. timeo. ME. Bacchis conſecuta
ico.
a? ME. ſola. CH. perij. ME. vbi abiere intro, o-
ere oſtium. CH. hem,
æc fieri videbat? ME. quid ni? mecum vnà
l.
ij eſt amica Bacchis Menedeme, occidi. Iamb. ſenarij.
uamobrem? CH. decem dierum vix mihi eſt
ilia.
id? iſtuc times, quod ille operam amico
uo? (eſt?
ò quod amicæ. M. ſi dat. C. an dubium id tibi
uam animo tam cōmuni eſſe aut leni putas,
: vidente amicam patiatur ſuam. ME. ha
æ.
i, quo verba facilius dentur mihi.
rides? merito mihi nunc ego ſuccenſeo:
res dedêre, vbi poſſem perſentiſcere,
ſem lapis, quæ vidi? væ miſero mihi,
illud haud inultum, ſi viuo, ferent:
am. ME. Non tu te cohibes? non te reſpicis?
ibi ego exempli ſatis ſum? CH. præ iracundia
deme, non ſum apud me. ME. Téne iſtuc
ui?
e id flagitium eſt, te aliis conſilium dare,
ſapere, tibi non poſſe auxiliarier?
Quid faciam? ME. id quod me feciſſe aiebas
rum:
e eſſe patrem ſentiat, fac vt audeat
credere omnia, abs te petere & poſcere,
uam aliam quærat copiam, ac te deſerat.
mò abeat potius multo quouis gentium,
m hic per flagitium ad inopiã redigat patrem.

Nam ſi illi pergam ſuppeditare ſumptibus
Menedeme, mihi illæc vere ad raſtros res redit
ME. Quot incommoditates hac re accipies
caues?
Difficilem oſtendis te eſſe, & ignoſces tamen
Poſt, & id ingratum. C. ah, neſcis quam dolea
vt lubet,
Quid hoc quod rogo, vt illa nubat noſtro? niſi
Quod mauis. CH. imò & gener, & affines plac
ME. Quid dotis dicam te dixiſſe filio?
Quid obticuiſti? CH. dotis? ME. ita dico. CH. al
Chreme,
Ne quid vereare, ſi minus eſt, nihil dos mouet
C. Duo talenta pro re noſtra ego eſſe decreui
Sed ita dictu opus eſt, ſi me vis ſaluum eſſe, &
& filium,
Me mea omnia bona doti dixiſſe illi. M. quar
agis?
CH. Id mirari te ſimulato, & illum rogato ſim
Quamobrem id faciam. ME. quin ego vero q
obrem id facias neſcio.
CH. Egóne? vt eius animum, qui nunc luxu
laſciuia
Diffluit, retūdam, redigam, vt quò ſe vortat n
ME. Quid ais? CH. mitte, ac ſine me in hac re
mihi morem. ME. ſino.
Itáne vis? CH. ita. ME. fiat. CH. age iam vt vxore
cerſat, paret.
Hic, ita vt liberos eſt æquum, dictis confutabi
Sed Syrum. ME. quid eum? CH. egóne? ſi viuo
exornatum dabo,
Adeò depexum, vſq; vt dum viuat, meminerit
per mei.
Qui ſibi me pro ridiculo, ac delectamento put
Non (ita me di ament) auderet hæc facere
mulieri,
Quæ in me fecit.

Troch. quadrati. catal.

Verſus perficitur ſequēti ſcena.

EGo me non tam aſtutum.] *Quia iam ad e properat fabula, fallacia detegitur per Menede*

æ *Antiphila deſponſabitur.* Ego me.] *Vt inſultat* *um alterius ſtulticiam & tarditatem ludibrio ha-* n tam aſtutum.] *Hæc iactationis cuiusdam ſpe-* *ngere ſe non aſtutum, dum videt alterum ſtultio-* iutor.] *Cum riſu hæc pronuncianda: & Adiutor* *n re bona: Impulſor in re mala.* Caudex, ſtipes.] *riose dicuntur in ſtultum & hebetioris ingenij* *n: quemadmodum dum ignauum lapidem appel-* *uamuis tamen idem ſit: ſed hoc plus eſt.* Ohe.] *In-* *eſt, ſatietatem vſque ad faſtidium deſignans.* Ob-:.] *Obtundit, qui ſæpe repetendo aliquid dicit.* Ob-:.] *Eſt tranſlatio à fabris, qui ſæpe repetunt tun-* *liquid malleo, & idem obtundunt & hebetant.* :um Syro.] *Bene ceſſat, tanquam deſidioſus. nam* *eſidioſi, Requieſcunt defeſſi.* ehem Menedeme, ;?] *Sic tanquam expectatus: & Aduentus proprie* *orum, neceſſariorumq; dicitur.* Quaſi qui cu- *In Andria, Ita tum diſcedo ab eo, vt qui ſe neget* *iturum.* Ha ha hæ.] *Vox nimij cachinni, & ac-* *ata Chremeti, qui credebat Menedemum decipi in* *iſſimulare illum petere vxorem.* Itáne?] *Sic lege,* *eludat Chremetem, qui paſſus eſt ſe à ſeruo decipi.*] *Format, ſi triſtes ſunt, lætos reddit. Fingere pro-* *iguli, qui formas ducit ex luto.* Se aſſimulat.] *ad id, Vultus fingit hominum.* Venit in men- *c dicit, quia ſcit ab illo deceptum Chremetem.* Ve-] *Vetus eſt in aſtutia.* Ita rem eſſe.] *Vultuoſe pro-* *dum, quod ſi Chremes ſciret ſe à Syro deceptum,* *m veteratorem appellaret.* Mane.] *Deceptus Chre-* *er percipit verba Menedemi, quæ ipſe loquitur, &* *nprudens eluditur.* Non.] *Ridicula negatio. Illa* *giliana, amara, Non verum Aegonis.* Quid *Cum admiratione repetit Non.* Hodie conſice- nuptiæ.] *Incipiet paulatim detegi fallacia: nam* *eſt Cliniam non falſo velle Antiphilam.* Ne is quam?] *ἀποσιώπησις admirantis. hoc ma-* *quod nec Syrus verba interiecerit ad* Alia tam plane ſcias.] *Pul-* *ſis.* Ille tuus quoq; Sy- Finxit filium.]

Refertur ad id quod Chremes ſupra dixit, Vultus q bon. ... flagit. ſcelus. Suboleat.] *Tra... à ſenſ. randi.* Quid ais?] *Nonnunquam perturbati int ris eſt dicere, quid ais? ſed hoc loco metuentis eſt, terrogantis.* Mitto iam oſculari.] *Color rhetoric* ſculari.] *Hæc eſt quarta amoris linea nam ſunt qu Prima viſus, Secunda loqui, Tertia tactus, Quarta li, Quinta coitus.* Id nihil puto.] *Sic dicimus quan bemus aliquid maius ad confirmandum.* Conclau *Eunucho, Virgo in conclaui ſedet. Eſt autem concl paratior locus in interioribus tectis: vel quod intr loca multa & cuncta clauſa ſint adhærentia in* Sola.] *Hoc magnum argumentum quintæ lineæ, q la cum ſolo fuerit.* Quid ni?] *Quid niſi.* Familia *loco pro re familiari ponitur, vnde in iudicium v lite familiæ Herciſcundæ, id eſt, hæreditatis. Cicer bro de Orat. Idem Herciſcundæ familiæ cauſam ag poſſit.* Operam dat.] *Facete dictum à ſene.* Si da *ſpondendum, & eſt ἔκλειψις, quaſi dicat neſcio.* D id tibi eſt?] *Iam credit Chremes ſe eſſe deceptum.* cam patiatur ſuam. *Subaudi, ſubagitari, & e ſta ἔκλειψις in re turpi. Vergilius, Nouimus &* Quid ni?] *Pro cur non, & hæc verba proprie ſu dentis.* Ni eſſem lapis.] *Superius, Nam ex ape ſtultitia hæc omnia, & plus eſt quam caudex, ſtip pus.* Nam iam.] *ἀποσιώπησις, Verg. Quos ego.* Te loqui?] *Verg. Méne incepto deſiſtere victam?* Ab filium dare.] *Hinc illud Seruij Sulpitij ad Cice Denique noli te obliuiſci Ciceronem eſſe, & eum lis conſueueris præcipere & dare conſilium.* Flagi *Facinus. Flagitium, more militari dicitur res fla hoc eſt increpatione digna. nam flagitare eſt pe inde flamma & flagella quod hæc non ſint ſi tu & crepitu.* Imo abeat.] *Hoc terribiliter ciendum: & verba propriè rigidi & aſperi patris.* uis gentium.] *Gentium, in fine ſuperflua ad ſicut interea loci. dat tamen quandam αὔξησιν ianti.* Si pergam.] *Perſeuerem, aliàs pergere,* Vere ad raſtros.] *Quaſi dicat, Id quod tu M abſentia filij exercebas, hoc eſt, rem ruſticam, ſed*

re cogar. Quot incommoditates.] *Satis commi-
nam hoc nomen leue quiddam ſignificat, vt in Eu-
Imò enimuero infeliciter. nam incõmoda alia ſunt
Parmeno.* Capies.] *Ibi inimicitias caperem. Ca-
porte dicimus, cum id quod in nobis eſt aſſumi-
de capere pro eligere ponitur.* Niſi quid eſt.] *Ho-
tit, quod officium eſt probi & modeſti viri.* Et af-
*Vxoris cognati ſui: Affines, mariti. vnde multi gra-
t. & veluti rami propinquitatis in affinitate &
one diſpoſiti.* Quid obticuiſti?] *Sic dixit, qua-
et Chremetem dicere, quod parua dos videretur:
emus conſilia: reticemus dolores: obticemus quo-
s pudet* Pro re noſtra.] *Tacite rem ſuam exte-*
uam rem agis?] *Hoc eſt quaſi perturbati inter-*
Illum rogitato.] *Pulchra admonitio, vt per-
iat filium.* Diffluit.] *Perſius, diffluis amens.* Quid
Ais dicimus de iis qui vana loquuntur. Fiat.] *Con-
ati aduerſus pertinacem.* Sed Syrum.] ἀποσιώ-
ſcilicet puniam. Dictis.] *Quia liberi verbis ob-
li ſunt: ſerui vero verberibus puniendi.* Adeo
im.] *Hoc verniliter more ſenum iratorum lege, &
e contrarium.* Viduæ mulieri.] *Bene perſonam
m delegit, quæ ludibrio habetur, & quia mulier,
viro orbata,*

ACTVS V. SCENA II.

*aici quadrati catalectici & iambici quadrati a-
catalectici, & fragmentum.*

LITIPHO. MENEDEMVS. CHREMES. SYRVS.

:tandem quæſo Menedeme, vt pater
in breui ſpatio omnem de me eiecerit ani-
m patris.
nam ob facinus? quid ego tantum ſceleris
niſi miſer?
id faciunt. ME. ſcio tibi eſſe hoc grauius mul-
c durius
: verum ego haud minus ægre patior id, qui
cio:

Nec

Nec rationem capio, niſi quod tibi bene e
mo volo.

CL.Hic patrem aſtare aiebas? ME.eccum. C
me incuſas Clitipho?

Quicquid ego huius feci, tibi proſpexi, &
tiæ tuæ:

Vbi te vidi animo eſſe omiſſo: & ſuauia in p
Quæ eſſent, prima habere, neque conſulere
gitudinem:

Cœpi rationem, vt neque egeres, neque vt ha
ſes perdere.

Vbi, cui decuit primo, tibi non licuit per te m
Abij ad proximos tibi quæ erant, eis com
credidi:

Ibi tuæ ſtultitiæ ſemper erit præſidium Cliti
Victus, veſtitus, quo in tectum te recceptes.
hei mihi.

CHR.Satius eſt, quàm te ipſo hærede, hæc po
Bacchidem.

SY. Diſperij, ſceleſtus quantas turbas con
ſciens?

CL.Emori cupio. CH. prius quæſo diſce qu
Vbi ſcies, ſi diſplicebit vita, tum iſtoc vtitor.
SY.Here licétne? CH.loquere. SY.at tuto? CH
re. SY.quæ iſta eſt prauitas,

Qúæue amentia, quod peccaui ego, id obeſ
CH. ilicet,

Nec te admiſce, nemo accuſat Syre te, nec tu
Neque precatorem pararis. SY.quid ais? CH
ſuccenſeo

al.tibi. Nec illi, nec * huic: nec vos eſt æquum, quo
SY. Abiit, ac rogaſſe vellem. CL.quid? SY.vn
peterem cibum:

Iamb. quad. Ita nos abalienauit: tibi iam eſſe ad ſororem
CL. Adeóne rem rediiſſe, vt periculum etia
mihi ſit Syre?

SY.Modo liceat viuere, eſt ſpes. CL.quæ? SY
ſurituros ſatis.

C.Irrides in re tanta, neque me quicquam
adiuuas?

ͻ & ibi nunc ſum, & vſq; dudum id egi, dum
itur pater.
ntum ego intelligere poſſum. CL. quid? SY.
aberit longius.
id id ergo? S. ſic eſt, non eſſe horum te arbi-
CL. Quid iſtuc Syre?
inus es? SY. ego dicam quod mihi in * men- al. in mente
venit: tu diiudica. eſt.
tis fuiſti ſolus, dum nulla alia delectatio,
opior eſſet te, indulgebant tibi, dabant: nunc

am eſt inuenta vera, inuenta eſt cauſa, qua te
llerent.
veriſimile. S. an tu ob peccatum hoc, eſſe il-
iratum putas?
i arbitror. SY. nunc aliud ſpecta, matres o-
s filiis
ato adiutrices, auxilio in paterna iniuria
eſſe: id non fit. CLIT. verum dicis: quid er-
iunc Syre
i? SY. ſuſpicionem iſtam ex illis quære, rem
er palàm:
eſt verum, ad miſericordiam ambos addu-
ito, aut
cuius ſis. CL. recte ſuades, faciam. S. ſat re-
ioc mihi in
m venit: namq; adoleſcens quàm minima in Troch.
ſitus erit,
acillime patris pacem in leges conficiet ſuas.
i haud ſcio anne vxorem ducat, ac Syro nil
iæ.
iutem hoc? ſenex exit foras: ego fugio: adhuc Iāb. tetram.
id factum eſt: catal.
non iuſſiſſe ilico me arripi. ad Menedemum
e pergam: cum
orem mihi paro: ſeni noſtro fidei nihil habeo.

e tandem?] *Reſtat ad tranquillitatem rerum o-*
m, vt Clitipho verbis patris perterritus, in viam re-
r vxorem ducat. Itáne.] *Sic incipit, vt qui ſe à patre*
abdi-

abdicatum putet. Tandem.] *Hic expletiua coniun cer. Quouſq; tandem abutere Catilina patientia no liàs ponitur pro Tamen, vt, In qua ciuitate tande trare te viuere? nonnunquã pro Saltem.* Admiſit. *ous eſt, plus eſt admittere, quàm facere: alibi, Hæc tere indigna.* Volgo id faciunt.] *Adpurgationẽ ſi nihil aliud habemus, argumentum ab exemplo a ſumimus, qui idem factitauerunt, ſed multo mag. ſi ab exemplo omnium ſumitur.* Quid me incuſa *incuſas: quia filio maior eſt pater.* Quicquid ego feci.] *Huius abſolute: vt per ἔκλειψιν deſit rei. In Ne quid ſit huius oratio. alibi: Nihil me iſtius fa patri.* Ego huius feci.] *Semper grauis inceptio or quæ exordium ſumit à pronomine.* Animo omiſſ. *gligenti. alibi, At enim metuas ne ab re ſint on paulo.* Et ſuauia quę eſſent prima habere.] *Sal Quæ prima mortales ducunt. & Primus modo aa non ad Ordinem pertinet. in Eunucho, Nihil prius fortius.* Ad proximos.] *Bene ad proximos, ad q ſtat poſt filium hæreditas.* Receptes.] *Alibi, M ceptes filium, & frequentatiuo vſus eſt, quod non frequenter poterit ſe recipere.* Viuere.] *Cum vi ratione intelligas.* Vita.] *Hoc loco actus & mores. I Quem ego viderim in vita optimum, id eſt, in actu ribus.* Quæ iſta eſt prauitas?] *Deriuatio crimin eſt. Et bene optimi ſerui fungitur officio.* Ilicet. *ſemper finem rei ſignificat, vt actum eſt. Ilicet pe pen, quod ſignificat ire licet. Sic iudices de conſilio bantur, ſuprema dicta cum præco pronunciaſſet. It go increpatio eſt, quia interloquendo impedit Chr narrantem.* Neq; precatorem pararis.] *Alibi, catorem abeam. & precari aliquando idem, quod cari: hoc eſt à ſe crimen depellere. hinc precatio.* Nih cenſeo.] *Succenſere is dicitur, qui cum amare deb ſius iraſcitur.* Vt periculum etiam fame mihi ſit *Quod eſt extremi miſeriarum. Etiam fame, fame antiquiſſimos in quinta declinatione nominum va tur, ex quo poteſt eſſe genitiuus caſus: quia C. Cæſar de Analogia huius die, & huius ſpecie dicendum Salluſt. in Iugurtha, Vix decima parte die reliqua.*

is caſus. Eſurituros ſatis.] *παρὰ προσδοκίαν, qui reſpondemus quàm expectatur.* Non eſſe horum ror.] *Quaſi cum odio Horum dixit, & eo magis ec te filium dixit.* Cum iſtis fuiſti ſolus.] *Satis lis ratio adoleſcenti imprudenti & parum p... ſtatim ſubiicit, Eſt veriſimile.* Iratum putas?] *tum, ob peccatum. Iratus eſt, qui ex aliqua re la- iraſcitur. Iracundus, ex parua vel nulla cauſa.* Id .] *Mater tibi non eſt adiutrix: & hoc propè veriſi-* Ad miſericordiam.] *Quia parentes veri filiis ci- unt.* Minima in ſpe ſitus erit.] *Nam ſi non eſſe rediderit, eo miſerabilior videbitur patri, & citius ricordiam commouebitur.* Quid autem hoc?] *vox timentis.*

ACTVS V. SCENA III.

mbici quadrati acatalectici. Trochaici va- rij numero ſeptem.

SOSTRATA. CHREMES.

cto, niſi caues tu homo, aliquid gnato con- ies mali.
ideò miror, quomodo tam ineptum quid- n potuerit tibi
in mentem, mi vir. CH. oh, pergin' mulier eſ- ilámne ego
iquam volui, quin tu in ea re mihi aduerſa- ueris Soſtrata?
ogitem iam, quid eſt quod peccem hîc, aut nobrem hoc faciam, neſcias,
re nunc tam confidenter reſtas ſtulta? SO. e- eſcio.
iò ſcis potius, quàm quidem redeat ad inte- n hæc eadem oratio. Decem ſat. Diuide in. & ſi tollas eadem, verius conſtat.
iniquus es, qui me tacere de re tãta poſtules.
poſtulo: iam loquere: nihilominus ego hoc am tamen.
ies? CH. verum. SO. non vides quantum mali Troch.
a re excites?
um ſe ſuſpicatur. CHR. ſubditum, ain' tu? SO. Octon. hyp.
è inquam, mi vir.

Dena. cat. CH. Confitere tuum non eſſe. S. ah, obſecro inimicis ſiet.

Iāb. tetram. catal. Egóne confitear meum nō eſſe filium, qui ſi

CH. Quid? metuis, ne non, cùm velis, conui lum eſſe tuum? (gis credendi

SO. Quod filia eſt inuenta? CH. non, ſed qu

Dimeter. Quod eſt conſimilis moribus,

Trochaici. Cōuinces facile ex te natū: nam tui ſimilis eſ

Nam illi nihil vitii eſt relictū, quin id itidem

Tum præterea talem, niſi tu, nulla pareret fi

Sed ipſe egreditur, quàm ſeuerus, rem cum cenſeas.

PRofectò niſi caues.] *In hac ſcena continetu quædam diſſidii inter virum & vxorem, quu moroſi atq; difficiles ſunt.* Tu homo.] *Cum conte ſtomacho pronunciandum.* Ineptum quicquai *ineptum: nam ineptum eſt quod à quouis reprel.* Venire in mentem.] *Venire in mentem veteres cordationis cauſa tantum. ſed etiam recogitatio derationiſq; poſuerunt.* Quod peccem.] *Not rum impudentiam & imperitiam, quæ vt pluri rant quæ praua aut recta ſunt.* Tam confiden *cte confidenter. nam confidentia ſæpius in mala cia verò in bonā partem accipitur. Alibi, O inge fidentiam.* Neſcio.] *Sic lege, vt intelligas contra* re tanta.] *Scilicet in periculo filij.* Subditum ſe *ſuppoſitum. Iuuenalis, Tranſeo ſuppoſitos.* Ain' *Ais'ne. & eſt percontatiuum verbum.* Inimic *Hæc imprecatio vſurpatur ſic ab Ouidio, vt illiu ſit.* Conuinces.] *Verbum iudicij eſt.* Tui ſimil *plerunque filij conſimiles ſunt parentum moribu* ſeuerus.] *Nam facie ipſa videtur quandam pr oſtendere, re verò alius eſt.*

ACTVS V. SCENA IV

Trochaici quadrati catalectici permixtis iambicis aliquot.

CLITIPHO. SOSTRATA. CHRE

SI vnquam vllum fuit tempus mater, cum luptati tibi

ı,dictus filius tuus tua voluntate,obſecro
memineris,atque inopis nunc te miſereſcat
(mihi.
peto & volo, parentes meos vt cōmonſtres
ſecro mi gnate, ne iſtuc in animum inducas
n,
m eſſe te. CL. ſum. S. miſeram me, hoccine
ſiſti obſecro?
i,atque huic ſis ſuperſtes,vt ex me atque hoc
s es,
: poſthac (ſi me amas) vnquam iſtuc verbum
audiam.
t ego (ſi me metuis) mores caue in te eſſe i-
ſentiam.
uos? CH. ſi ſcire vis ego dicam : gerro,iners,
,helluo,
damnoſus: crede,& noſtrum te eſſe credito.
on ſunt hæc iam parentis dicta. CH. non, ſi
pite ſis meo
tero vt aiunt Mineruam eſſe ex Ioue: ea cau-
ıgis
litipho flagitiis tuis me infamem fieri.
iſthæc prohibeant. CHR. deos neſcio, ego
l potero, enitar ſedulò.
id quod habes, parentes : quod abeſt,non
is, patri
odo obſequare, & vt ſerues quod labore in-
rit.
i per fallacias adducere ante oculos? pudet
hac præſente verbum turpe: at te id nullo
o
piguit. CL. eheu,quam ego nunc totus diſ-
o mihi,
pudet? neq; quod principium inueniam ad
ndum,ſcio,
m vnquam fuit tempus.] *Adhuc filius matrē tam reddit,dum petit vt parentes commōſtret: & cilius peruenitur ad tranquillitatem omnium re-* ıa voluntate.] *Quaſi innuit illam de induſtria iſſe appellari filiū.* Quod peto, & volo.] *Peto,*

inquit, quaſi precario. nam proprie aliquid preca dicimur. Obſecro te mi gnate.] *Verba propr deſperatæ.* Sum.] *Hæc vox ſimplex terribiliter pr tur.* Huic ſis ſuperſtes] *Mos iurandi antiqui tum. & bene inducitur mater mitior patre, & q trix ſit in paterna iniuria filio.* Si me amas.] *l blandientis matris ſunt, & quæ valde de filio ſi* Si me metuis.] *Matri dat verba ſuauia, patri ra. illa inquit, ſi me amas: hic, ſi me metuis.* Ger fraus.] *Hæc dicuntur in abiectiſſimum quemqu lius precij hominem.* Gerro.] *Hinc congerro, qu dicitur, nam gerræ, nugæ ſunt. alij dicunt à corr duci. Plaut. in Perſa, Iam pol ille hic aderit, cred meus.* Helluo.] *Vorax, Catul. in Cæſ. An parum eſt.* Ganeo.] *Veteres ganeum meretricum tab xerunt, ἀπὸ τῆς γῆς, quod ipſa ſit in terra. Hinc ducitur, qui meretrices ſequitur.* Damnoſus. *poſtremum cum ſuperioribus conuenit.* Paren *cet qui filium amet.* Non ſi ex capite ſis mec *genti clamore pronuncianda: & ſic oſtendit Ch nō debere abiicere ſpē patris, etſi ab eo verba aſ* Aiunt.] *Bene aiūt, de re fabuloſa & ficta.* deo *Modus loquendi, præſertim iratorum.* Enitar. *mis fiam.* Inuenerit.] *Id eſt, acquiſierit. alibi, uenta mea cui dem bona* Adducere.] ἀποσιώ *ſta, noluit dicere meretricem, præſente matre.*

ACTVS V. SCENA

Trochaici quadrati catalect. mixtis iamb.

MENEDEMVS. CHREMES. CLI SOSTRATA.

ENimuero, Chremes nimis grauiter cru
 leſcentulum,
Nimisque inhumane: exeo ergo, vt pac
 liem. optumè
Ipſos video. CH. Menedeme cur non
Filiam, & quod dixi dotis, firmas? SO. m
 ſecro
Ne facias. CL. pater obſecro vt mihi ign
 da veniam Chreme:

xorem. CH. egóne mea bóna vt dem Bac- Iamb.tetr.
dono ſciens?
iam. ME. at id nós non ſinemus. CLIT. ſi me
ı vis pater,
SO. age Chreme mi. ME. age quæſo, ne tam Troch.
na te Chreme.
Quid iſtuc? video non licere, vt cœperam,
rtendere. (ciat
; vt te decet. C. ea lege hoc adeo faciã, ſi fa-
o hunc æquum cẽſeo. CLIT. pater omnia
: impera.
rem vt ducas. CL. pater. CH. nihil audio.
me recipio:
HR. nihil etiam audio ipſum. CLIT. perii.
dubitas Clitipho?
vtrum vult. ME. faciet omnia. SO. hæc dum
s, grauia ſunt, (ter.
nores: vbi cognoris, facilia. CL. faciã pa-
mi, ego pol tibi dabo puellam lepidam, Gnate mi eſt
u facile ames, extra verſũ.
anocratæ noſtri. CL. Rufámne illam vir-
(ter.
parſo ore, adunco naſo? non poſſum pa-
elegans eſt: credas animum ibi eſſe. S. a-
abo.
iſtuc? quandoquidem ducenda eſt, ego-
beo propemodum,
lo. SO. nunc laudo gnate. CL. Archonidis

ıcet. CL. Pater hoc nunc reſtat. CH. quid?
o ignoſcas volo,
cauſa fecit. CH. fiat. Vos valete, & plau-

ALLIOPIVS RECENSVI.

rò Chremes.] *Interuenit perſona, cuius grã-*
oncilietur: ita vt omnia trãquilla ſint, & com-
t comœdiæ finis poſtulat. Enimuero.] *Nõnun-*
ipium eſt aliquid per iram dicturi. Accerſi.]
: quia proprie accerſitur vxor, dum ad virum
e facias.] *Hæc timebat ne omnia bona illi tra-*

deret. Obſecro.] *Nil ſignificantius. nam Orare dos petere: obſecrare verò, iratos rogare.* Scien *peius eſſet, quàm ſi neſciret.* Rufam.] *Rufus co ber idem eſt.* Elegans eſt.] *Hic ad formam reſ ſæpius ad orationem, & ad verba.*

ADELPHI.

FABVLAE INTERLOCVTO

Mitio ſenex.	*Demea ſenex.*
AEſchinus adoleſcens.	*Cteſipho adoleſc*
Syrus ſeruus.	*Dromo ſeruus.*
Soſtrata matrona.	*Hegio ſenex.*
Pamphila nurus.	*Canthara nutri*
Geta ſeruus.	*Sannio leno.*

C. SVLPITII APOLLINAI periocha in Adelphos.

Duos cum haberet Demea adoleſcentulo
Dat Mitioni fratri adoptandum Aeſchin
Sed Cteſiphonem retinet. hunc citbariſtr
Lepore captum, ſub duro ac triſti patre
Frater celabat Aeſchinus: famam rei,
Amorem in ſe transferebat, denique
Fidicinam lenoni eripuit. vitiauerat
Idem Aeſchinus ciuem Atticam pauper
Fidemq; dederat, hanc ſibi vxorem fore.
Demea iurgare, & grauiter ferre: mox i
Vt veritas patefacta eſt, ducit Aeſchinu
Vitiatam, potitur Cteſipho cithariſtriam
Exorato ſuo patre duro Demea.

DONATI PROLEGOME in Adelphos Terentij.

H*Aec fabula Adelphi Palliata, vt ipſum indi ex plurali numero, cum ſit vna: ex maſcul tum ſit comœdia: ex Græca lingua, cum ſit Lati Potuit eam Terentius Fratres dicere: ſed & Gra* & Φωνίαν *perderet, & præterea Togata videret mam, non ſtatim intelligeretur Menandri eſſ rentius in primis lectorem ſcire cupit: minus*

*prias ſcribere, quam Græcas transferre. Eſt igi-
ndri: & à fratrum facto, quib. argumentum ni-
ien accipit. Huius tota actio cum ſit mixta ex r-
nere, vt ferè Terentianæ omnes, præter Heauton-
mon: tamen maiori ex parte motoria eſt. nam ſta-
s perpaucos habet L. Prodeſt autem, & delectat,
ylo. In hac primæ partes ſunt, vt quidam putant,
t quidam, Syri. Quod ſi eſt vt primas Syrus ha-
ndæ Demeæ erunt: tertiæ Mitionis, & ſic dein-
anquam etiam ſunt qui putant primas Mitioni
cundas Syro, tertias Demeæ. Nam quod ait Te-
enes qui primi veniunt: non ad partes quas dici-
d ordinem pertinet exeuntium perſonarum. Hæc
cætera huiuſmodi poemata, quinque actus ha-
ſe eſt, choris diuiſos à Græcis poetis, quos etſi re-
tuſa iam inconditi ſpectatores minime diſtinguũt
mici, metuentes ſcilicet, ne quis faſtidioſus finito
ut admonitus abeundi, reliquæ comœdiæ fiat con-
& ſurgat: tamen à doctis veteribus diſcreti atque
, vt mox aperiemus poſt argumenti narrationem.
ologus aliquanto lenior inducitur: qui magis et-
purgando, quam in aduerſarijs lædendis eſt occu-
otaſis eſt turbulenta: Epithaſis clamoſa: Cataſtro-
quarũ partiũ rationẽ diligẽtius in principio pro-
s, cum de comœdia quædã diceremus. Hæc ſane a-
dis ſcenicis funerib. L. AEmilij Pauli, agentibus
uto, & L. Turpione, qui cũ ſuis gregibus etiam tũ
i agebant. Modulata eſt autem tibijs dextris, id eſt,
ſeram grauitatem, qua ferè in omnibus Comœdijs
oc Poeta. ſæpe tamen mutatis per ſcenam modis,
mutauit: quod ſignificat titulus ſcenæ habens ſub-
erſonis literas, M. M. C. Item diuerbia ab hiſtrioni-
ro pronunciata ſunt, quæ ſignificantur D. & M.
ecundum perſonarum nomina præſcriptis in eo loco
pit ſcena. Adnotandum ſane, quod hæc fabula
ικὸν πρόσωπον non habet, hoc eſt perſonã quæ ad ar-
ũ nihil attineat, quæq; ſit aſſumpta extrinſecus, vt
ndria Soſia. Hanc dicunt ex Terentianis ſecundo
ã, etiam tum rudi nomine poetæ: itaq; ſic pronũcia-
delphi Terenti, non Terenti Adelphi: quod adhuc*

magis de fabulæ nomine poeta, quam de poetæ no bula commendabatur. In hac quidem ſpectatur terſit inter ruſticam, & vrbanam vitam: mitem, ram: cœlibis, & mariti: veri patris, & per adoptio cti: Quibus propoſitis ad exemplum, vitanda peri giendaq; Terentius monſtrans, artificis poetæ p fabulam obtinet laudem.

ARGVMENTVM.

EX duob. Atticis fratribus, alter quidẽ Demea rus coluit, vxorem duxit, filios ſuſcepit duos. A & Cteſiphonem. At alter, Mitio nomine, vxorem n & filios procreare noluit: ſed ſibi filium fratris A optauit, atque ita indulgenter eduxit à paruulo, luxuriatus adoleſcens, ad poſtremum ciuem Atti ginem vitiaret, captus amore eius. quo facto, & tre puellæ pepigit nuptias eiuſdem quam vitiauit rem geſtã ad patris, à quo adoptatus fuerat, conſci iãq; perlaturus eſſet, precibus Cteſiphonis fratris ſi pud durum patrem atque agreſtem Demeam par arctius haberetur, impulſus eſt, vt & eidem à leno ret meretricẽ, quo pacto multiplici errore cõpletur Nam & Demea cum hoc ipſo, id eſt, cũ Mitione li tanquam cũ eo, qui corruperit adoleſcentem ado mores perditos, neſciens ſuũ ſibi filiũ Cteſiphonem ruptũ. Eluditurq; à Syro & Mitione per totã fab mater puellæ iam decimo menſe poſt raptum virgi ſchinum credit ſibi ipſi rapuiſſe meretricem, qua ba.o cito in tranquillum redacta eſt. Nam re com vitio virginis, Mitio dat ciuem Æſchino quam uerat, eiuſq; matrẽ ipſe accipit. Deprehenſo verò Ct in amore meretricis, primo iraſcitur Demea, poſt atque habendæ eius meretricis licentiam præbet. actus hæc continet, Mitionis ſolius primo verba: & iuſdem & Demeæ iurgium. Secundus actus hæc c Lenonis alteram rixam aduerſus Æſchinum pro ciuſ... apud Syrum querelas: lætitiã Cteſiphonis ſionem amore, & euiſdem gratiarum actiones apu ſchinũ. Tertius actus hæc continet, Trepidationem Soſtrata & Cantaræ nutricis ob parturientem Pa vitiatam ab Æſchino: Getã nunciantem dominæ

quod ſibi rapuerit AEſchinus meretricem: reditũ
n Demeæ: eiuſdemq́; cum Syro ludificante ſermo-
em: interuentum Hegionis: cum querela apud
Demeam de facto Aeſchini, & conſolatione So-
Quartus actus hæc continet: Cteſiphonis cum Syro
em: deluſionem Demeæ, eiuſdemq́ue in ſcenam in-
im, atque ſecundam fruſtrationem per Syrum fa-
tionis cum Hegione ſermonem: querelam AEſchi-
us ſuis: eiuſdemq́; cum Mitione patre facetiſſimã
onẽ: Demeæ reditum in ſcenam ex errore in quem
ecerat Syrus: & renouatum cum fratre eiuſdem
: proceſſionem in ſcenam temulenti Syri. Quintus
c continet, Deprehenſionem Cteſiphonis cum me-
tertium cum Mitione iurgium Demeæ, eiuſdemq́;
linæ correptionem: & per eum multa in comœdia
c eſt, blandimentum circa AEſchinum: & affabi-
irca Getam: conciliationem Syri & vxoris eius: &
circa Cteſiphonem, permiſſionemq́; habendæ mere-
ruatur autem per totam fabulam mitis Mitio, ſæ-
ea, Leno auarus, callidus Syrus, timidus Cteſipho,
AEſchinus, pauidæ mulieres, grauis Hegio. In di-
s actib. fabulæ identidem meminerimus, primo pa-
n denumerationem neq; Græcos, neq; Latinos ſer-
m eius diſtributio huiuſmodi rationem habeat, vt
ntior ſpectator eſſe potuerit, longior actus ſit: vbi
ſior, breuior atque contractior. Deinde etiam illud,
em actum poſſe conijci & tres, & quatuor ſcenas
ntium atque exeuntium perſonarum. Facta autem
t eſt de duabus fabulis, Adelphis Menandri, &
rientibus Diphili.

LVDIS FVNERALIBVS. Q. FAB. MAX.
RNELIO AFRICANO AEDILIBVS CVRV-
. EGERE L. ATTILIVS PRAENESTINVS,
TIVS PROTIMVS. MODOS FECIT FLAC-
CLAVDI TIBIIS SERRANIS. FACTA GRAE-
MENANDRV L. ANICIO, M. CORNELIO

PROLOGVS.

POSTQVAM Poeta ſenſit ſcrip
ſuam
Ab iniquis obſeruari : &
ſarios
Rapere in peiorem partem, q
ᶏuri ſumus:
Indicio de ſe ipſe erit, vos eritis iudices,
Laudi'ne an vitio duci factum oporteat.
Synapothneſcontes Diphili comœdia eſt.
Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.
In Græca adoleſcens eſt, qui lenoni eripuit
Meretricem in prima fabula, cum Plautus loc
Reliquit integrum. cum hic locum ſumpſit ſil
In Adelphos, verbum de verbo expreſſum ext
Eam nos acturi ſumus nouam. pernoſcite,
Furtum'ne factum exiſtimetis, an locum
Reprehenſum, qui præteritus negligentia eſt.
Nam quod iſti dicunt maleuoli, homines nob
Eum adiutare, aſſidueq; vnà ſcribere:
Quod illi maledictum vehemens exiſtimant,
Eam laudem hic ducit maximam, cum illis p
Qui vobis vniuerſis, & populo placent.
Quorum opera in bello, in ocio, in negotio,
Suo quiſq; tempore vſus eſt ſine ſuperbia.
Dehinc ne expectetis argumentum fabulæ:
yrum ire video.] *Ire & abire, & venire, ſignifi-*
: video.] *Ire pro venire: vt, Nec vero Aeaciden me*
tatus euntem Accepiſſe lacu. Atque hercle hic de
illo eſt.] *Figura * de grege illo eſt. Ordo bonorum*
lorum dicitur, & grauium: vt equeſter ordo, ſena-
rdo. Grex vel bonorum vel malorũ eſt, & leuium.
ro, In his bonis gregibus omnes aleatores, omnes im-
pudiciq; verſantur. Quæritare.] *Inſtanter quæ-*
arnifex.] *Pro Ganeo poſitum eſt.* Non oſtendam
relle:] *Scilicet ſcire vbi ſit.* Quo pacto ſe habe-
ramus ordine.] *Hoc rectè, quia dixerat Mitio,*
equid eſt, volo ſcire, atq; hominem conuenire ſi a-
um eſt. Et enarramus, pro enarrauimus: vt, O-
mo fumat neptunia Troia. Et ordine, bene: quia
ter fatetur. Fallax autem & captioſa narratio
d timemus fateri. Nihil quicquam vidi lætius.]
m περίλυπον. Hominis ſtultitiam.] *Scilicet quia*
, ignorans vbi Aeſchinus ſit. Collaudauit fi-
Plus additum eſt, non enim ſolum non accuſauit,
llaudauit. Diſrumpor.] *Mire: his enim verbis*
tetur, collaudauit, & egit gratias. Et vide αὔξησιν
i reſeruatam. Argentum adnumerauit ilico.]
illud eſt, Cur tu his rebus ſumptum ſuggeris? Et
m inquit, adnumerauit, ſed quod peius eſt, ilico.
ibutum.] *Diſtributum, in diuerſa tributum, id*
artitum per pulmentaria. Huic mandes ſi quid
ratum velis.] *εἰρωνεία eſt maioris ſtomachi: quia*
, Ex ſententia diſtributum, id eſt, vt iudicat De-
pidatum. Sic alibi, Columen familiæ noſtræ, Bone
lue. Ehem Demea.] *Ehem interiectio eſt com-*
quaſi perculſi re ſubita & noua. Quid agitur?]
tis eſt, non interrogantis: vt alibi, O noſter quid
agitur? Nequeo mirari ſatis rationem.] *Mi-*
tiam illa quæ vehementer praua ſunt. Et ideo mi-
horrere, & reprehendere poſitum eſt. Et rationem

ἰδιολικῶς dixit malam: cum non ſit ratio niſi bona, *quitur populus.* Eſt Hercle inepta.] *Hoc ad ſe.* dicam dolo.] *Ne mentiar, id eſt, ex contrario* *dear: ſed vt ſedulo dicam.* Atq; abſurda.] *Ine* *ſtultum tantum: Abſurdum, quod & ſtultum* *ipſa ſtultitia diuerſum, & quaſi repugnans ſibi* *locutus eſt, vt videatur ineptam rationem ad* *referre: abſurdum, ad Mitionem, quem iam fier* *contrarium ſenectuti eſt.* Cõgrum iſtum ma *Διαστολή quia erant alij, non maximi, vt è contra* *tisq; minor, quia eſt & maior. Nam iſtum quo* *κλικὸν eſt. videtur enim oſtendere digito quem* aqua ſinito ludere pauliſper.] *Sic oſtendit* *ſonaſſe, qui viuos attulit piſces. nam non ludi* *viuus.* Prius nolo.] *Superbe, & pro autoritat* *non oportet, ſed nolo, ſubauditur, purgari eu* *ex mora corruptelæ acceſſurum piſci ex eo oſte* *ait Ludere, hoc eſt viuere, & non læſum viuere* *dixit, natare: quod etiam poſſunt languidi piſ* *ſuper planum fecit quid ſit Purga, dicendo e* *Purga igitur, exoſſa ſignificat: non vt quidam* *oſſabitur, comedetur.* Mihi quidem nõ plac *hoc ad ſenem: & vide quàm totum ſuperbè, &* *dixerit ob amicitiam omnium dominorum,* *Demea, quem tantum præ illis contemnit.* Sal *Hoc ad diſcipulum. Salſamenta aut ſalſi piſces* *ridum.* Salſamenta hæc Stephanio.] *In te* *opera danda eſt, vt ſtomachetur Demea: excep* *pſe in fine commutat: Hæc ergo cauſa eſt; quare* *que illi obiicitur magnifice inferens ſe vt luxu* *centemque ſeruum: præſertim qui adoleſcent.* *gus fuerit.* Vtrum ſtudióne.] *Aut ordo eſ* *aut eſt παρέλκον tertium: aut verò per ἔκλειψ* *quaſi dicat, vtrum eſt: aut vtrum verum eſt* *accipit, vtrum ſubdiſtinguat, & ſeparet à ſe q* *ceſſe eſt.* Vtrum ſtudióne.] *Aut vtrum ſupe* *aut Ne: aut certe τμῆσις figura eſt, pro vtri* *id ſibi habet, ſi ſciens lædit filium?* Laudi p *decipit.* Si perdiderit gnatum.] *Et magni* *dixit Aeſchinum: & mire, non addidit cui*

iiſcro mihi] *Hoc eſt quod ſupra dixit, Aegre eſt, a-*
non ſum. Videre videor iam illum diem.] *Illum*
quaſi quendam triſtem ac funeſtum. Quod ante
s modo eſt videre.] *Hoc ſumpſit Poeta de illo per-*
to ancillæ dicto, Quod ante pedes eſt, non videt: cœli
tur plagas. Sed etiam illa quæ futura ſunt.] *Ma-*
licula eſt aſſentatio. ſi quis maxime laudetur, quibus
ie caret. Iſthæc iam penes nos pſaltria eſt?] *Di-*
iſthæc, oſtendit iamdudum ſe hanc indignari. Eſt
itus.] *Vt, Ellum confidens catus.* An domi eſt ha-
is?] *Proprie. quia haberi vxor dicitur, & haberi*
cum coit. Credo: vt eſt dementia.] *Sic & in Eu-*
, Eam ſe intendit eſſe, vt eſt dementia. Et nominati-
ſus eſſe poteſt, & ſeptimus. Si ſeptimus, perditus, aut
ale ſubaudimus. Sed melius nominatiuum accipi-
ſum. Inepta lenitas patris, & facilitas praua.]
s, ad permittendum: Facilitas ad ignoſcendum, ſic
n. Sed ego, lenitatem ad Mitionem refero, qui hæc
patitur: Facilitatem ad Aeſchinum, cui hæc per li-
n facilitas datur. Prauum autẽ eſt, quod & ipſum
tientem: malum. quod alios tantum. Fratris mei
m pudet pigetq́;.] *Pudet, in his quæ turpiter fa-*
et, in his quæ cum damno ac malo. Pudere etiam ad
s: Pigere, ad dolorem refertur. Pudet, quod turpe
*et, quod dolet. Nimium inter vos Demea. * nunc e-*
additum eſt, quod ſupra dicebatur. & præterea repe-
Nimium confirmauit ſuperius dictum, non ſoluit.
antus quantus.] *Id eſt, quantuſcunque.* Nihil
pientia es.] *Ridiculè prius additum nihil, quàm*
tam laudis nomine. Deinde ſi ſapiens dixiſſet, non
*ſſet irriſio * ſed ſtultus.* Nihil niſi ſapientia es, il-
mium.] *Nec tu ſapiens, ſed ſapientia: nec ille ſomni-*
ſed ſomniũ, ὑπερβολή. Sineres verò illũ tuum.]
gumento fabulæ repetit Sinerem & εἰρωνικῶς inter-
Totis ſex menſibus.] *Totis, quaſi longi ſint. Id eſt*
s, vt ne vnum quidem diem minus à ſex menſibus
uid cœpturus ſit filius. Nimis comica & moralis aſ-
o, Quàm ille quicquam cœperit. Multum dixit, &
x menſes, & olfeciſſem, & priuſquam cœperit. Non
ſſem.] *Totum ridicule. Nam quid olfeciſſet, qui*

nondum quicquam ſcire cœpiſſet, cuiusque naril obiectum fuiſſet? Nam ideo nares à naritare dic quod nos odoratu doceant præſto & prope eſſe, qu oculi non vident. Vigilantiam tuam mihi nar *eſt, quam maxime ſcio.* Sic ſiet modo vt nunc e *dicit qui, ſed reſpice ad argumentum, & ridebi ptantem Demeam.* Vt quiſque ſuum vult eſſe, *Hæ ſunt ſententiæ & ſemper probabiles, & pro pe diculæ. Plautus in milite glorioſo, Nimia eſt mi mis pulchrum eſſe hominem.* Quid eum? vidiſl dic?] *Quid eum, initium interrogationis futuræ na alicuius. Sic in Heaut. Sed Syrum, quid eum?*] filium?] *Hoc clarè.* Tuúmne filium?] *Moris e cogitat quid reſpondeat, interrogatione remoueri* gam hunc rus.] *Vt pecudem dixit abigam: non nem, mittam.* Abigam.] *Hoc lentius, & abigam cudem dixit: vnde & Abactores dicti ſunt. Cic Equarum greges iſtum abigendos curaſſe.* Ian aliquid ruri agere arbitror.] *Hoc clarè. Ali agere arbitror. Hoc plus eſt, quàm illic eſſe. vult laude eius loqui: vt ſupra, Rei dare operam: parcum, ac ſobrium. Et agere proprie dixit. nam do, ager dictus eſt, quod in eo multa agenda ſ* egomet produxi.] *Mutata præpoſitione, no ſed produxi dixit, id eſt porrò duxi.* Metui, ne h *Hæc translatio vt ſubleuat Cteſiphonem, ita Ae uidioſa eſt. nam hæreret, non animo, nec volunta ſto decipientis aucupis.* Quid autem?] *Quid p vel ob quam cauſam. Vergil. Quæ fortuna viri quo littore linquant.* Quid veniant.] *Cui cont ſignificatione. * Id quod te oro.* Nihil reticuit. *enim minorem fratrem non peperciſſe maiori: ne ſe quicquid erat opus.* Cœpit clamare.] *ἤθικ & cœpit, & clamare: & quod ſequitur.* Ado gio eſt.] *Aggredimur de longinquo: Adorim diis, & ex proximo. nam adoriri, eſt ad aliquen eſt, exurgere.* De pſaltria iſtac.] *Hic mirè ſe tatus eſt: & memoriter, quia ille dixerat, Quia penes vos pſaltria eſt?* Interuenit homo de i ſo.] *Interuenire, eſt in medio negotio, quaſi e*

enire,& opprimere in ipſo actu eos,qui rem celatam .Et vide quam oratorie narrat geſtionem rei, quæ am facta ſit:his enim fides fit. Aeſchine hæccine a facere te?] *Et accuſatio à perſona:& vide pon- nomine Aeſchini.* Hæc te admittere?] *αὔξησις. nã admittere quam facere.* Hæc te admittere indi- *Pronum eſt hæc ſtatim credere Demeam de eo quem s laudauerit. Non videt fratrem rei dare operam, e,parcum,& ſobrium: vnde mira poetæ arte & ini- media, & poſtrema ſibi congruunt atque reſpon-* achrymo gaudio.] *Immoderata lætitia, maximè sm,lachrymas habet. Recte ergo additum eſt, gau- ia lachrymæ ſolum mœrorem ſignificant.* Non tu gentum perdis,ſed vitam tuam.] *Hæc figura o- δεινότης dicitur, qua oſtenditur non eſſe mediocre ctum eſt.* Hui.] *Quaſi admiretur ipſe quæ narrat.* ræceptorum plenus eſt iſtorum ille.] *Vide De- on deſinere culpam Aeſchini in Mitionem confer- m è contrario præceptorum ſuorum vult eſſe quod eſiphe.* Iſtorum.] *Quæ dicis ſcilicet, Non tu hoc um perdis, ſed vitam tuam,* Phy.] *Interiectio mi- ſt.* Domi habuit vnde diſceret.] *Vnde, id eſt, de* ſedulo.] *ἠθικῶς dictum eſt, fit. Et ſedulò, ſine do- inſtanter: quia negligentes, doloſi dicuntur.* In- : tanquam in ſpeculum vitas hominũ iubeo.] *um an rectè ſpeculum induxerit, cum alienas vi- t inſpiciendas eſſe. niſi fortè, ad cauſſam admonen- di, non ad effectum referamus. nam cauſſa inſpi- peculi, emendatio eſt vultus: effectus formæ per i- m reſultatio.* Hoc laudi eſt, hoc vitio datur.] *iloſophice, ſed ciuiliter monet, non enim dixit, hoc , ſed hoc laudi eſt. Nec, hoc malum, ſed vitio datur. t idiota, & comicus pater, non vt ſapiens & præce-* Callide.] *Callidus dictus eſt etiam qui exercet do- llidus dicitur, qui callum ſibi vſu artis induxerit.* es eſt.] *Non quam rem gerit Mitio: non vt ille a- t ſignificat, hoc verum eſt, hoc vtile eſt.* Porro au- *Prope delinitus erat Demea contra inſtitutum ar- ti. Artificioſe igitur poeta ſubiecit ex perſona vnde illum ad amaritudinem prouocet.* Por-

iò autem.] *At verò, & huiuſmodi principia narr ſunt, quibus ſuperiora ſequentibus connectuntur.* id nobis tam flagitium eſt.] *Non dixit peccatum dens ſenem, ſed flagitium. Et quidem flagitium co piſces, vel talia.* Quod queo.] *Quod poßum. ſed luit dicere, vt alluſionem de ſua arte faceret Syrus: re oſtenderet nihil ab illo dici ſerio.* Quod queo.] *quendo ſumpſit παρίμμιον Sic & infra, Sedulo mor poſſum, pro mea ſapientia. Et Ciceronis dictum refe eum, qui coqui filius ſecum cauſſas agebat.* Tu q aderas huic cauſæ.] *Nam apud veteres coquus c literam, ſed per* q *ſcribebatur.* Ad eundem illi cipio modum.] *arguta imitatio. Ad deridend meam, omnium quæ ſerio ille ſupra dixerat.* Hoc eſt, hoc aduſtum.] *Hæc contextè & coniunctè di quia non viciſſim Syro aſſentatur ſenex.* Pro mea tia.] *διασυρτικῶς ſapientia dixit, quia condimen ſtu ac ſapore temperant coci.* Tanquam in ſpec *Et hic ſpeculum non ad imaginem vultûs, ſed ad c contrapoſitæ rei retulit.* Nos quæ facimus.] *Non Mitio, Aeſchinus, & familia. An nos pro Domin An nos, pro Ego? & melius.* Sentio.] *Cum dila vultuoſe dicendum ſentio.* Verum quid facias? *facias, pro quid faciat: vnuſquiſque ſcilicet.* Vt eſt, ita morem geras.] *Virum aptum prouerbiu uis, an etiam amicis? Vt eſt, Obſequium amicos, odium parit. Et hæc ſententia modo velut querela voce proferenda eſt.* Mentē vobis meliorē da *τὸ vis, reſpondit agreſti feritate. nam reſpondend Recte, aut Valeas ſed hic, ne vel abiens blandus ſalutationibus ipſis amara ſupponit. Et memen hunc eundē inſalutatū relinquere, qui aduenies p te nec ſalutauerat, nec reſalutauerat fratrem. Me tem, pro bona ac tolerabili poſuit. non enim bonā meliorem optet. ſic Verg. Dij meliora pijs, errorem bus illum.* Tu rus hinc abis?] *Vult Syrus noſſ* Nā quid tu hic agas.] *Addidit hortatum, vt q mū abeat.* Tu rus hinc abis?] *Qui conſuetudinis eſt, animaduertit has interrogationes non inquire ſa poni, ſed admonitionis loco eſſe, apud eos quos*

re. *Sic igitur interrogat, vt hortetur: & ſic pronũ-t & ſciat, & approbet quod rogat.* Quando is, obrē.] *Noua locutio is quamobrem, pro is propter & alibi, In eo me oblecto, ſolum id eſt charũ mihi.* curo vnum.] *Vnum cum exceptione. & tamen ſic ir, vt appareat illum non poſſe ſibi imperare obli-i Aeſchini. nam idcirco addidit, Quando ita vult de iſtoc ipſe viderit. Amare cœpit, & ideo tenet. Nã curare, propemodum repoſcere eſt illum quem de-* uis illic eſt quem procul video? eſt'ne hic He-*nurna cauſa eſt, cur non abeat Demea, propter ali-fabulæ partem: & ſimul aliud additur quo indi-Bene autem dubitat & familiam * ciuem & mul-ſens à conſpectu ciuium.* Næ illiuſmodi iam no-gna ciuium penuria eſt.] *Næ valde.* Illiuſmo-*iuſmodi eſt Hegio id eſt, qualis. Et magna οἰκονομία iudatur, vt poſtulationi eius ſtatim adſit fides.* cito mali quid ortum ex hoc ſit publice.] *Vtrũ antis eſt, ne moriatur: an eſt teſtimonium vitæ ho-nunquam obfuturi reipublicæ.* Vbi etiam huius s reliquias reſtare video.] *Paucos ac raro bonos. liquias, pro relictis paucíſque dixit. ideo reſtare et-ctum eſt.* Viuere etiam nunc lubet.] *Ex hac dele-ie oſtenditur Demea, & quàm peccantibus ſit ama-ſæuus: & quàm facile incuſationi huius tanquam teſtimonio crediturus ſit, & quantum doliturus Aeſchino, qui diſpliceat talibus viris.*

CTVS III. SCENA IV.

HEGIO. GETA. DEMEA.
PAMPHILA.

dij immortales, facinus indignum: Geta Senarij.
uid narras? GE. eſt ſic factum. H. ex illáne ſa- Iambici.
ia
illiberale facinus eſſe ortum? ô Aeſchine,
aud paternum iſtuc dediſti. DE. videlicet
ſaltria hac audiuit: id illi nunc dolet
io: pater is nihili pendit. hei mihi,
am hic prope adeſſet alicubi, atque audi-
: hæc.

HE Ni facient quæ illos æquũ eſt,haud ſic auf
GE In te ſpes omnis Hegio nobis ſita eſt:
Te ſolum habemus:tu es patronus:tu parens:
Ille tibi moriens nos commendauit ſenex.
Si deſeris tu,perijmus. HE.caue dixeris:
Neq; faciam:neq; me ſatis pie poſſe arbitror.
DE.Adibo:ſaluere Hegionem plurimum
Iubeo HE.te quærebam ipſum;ſalue Demea.
DE.Quid autem?H.maior filius tuus Aeſchinu
Quem fratri adoptandum dediſti,neq; boni,
Neq; liberalis functus officium eſt viri.
DE. Quid iſtuc eſt? H. noſtrum amicum nora
mulum,

Atque, prior ſyllaba pertinet ad verſum præcedentem.

Atq; æqualem? DE.quid ni?H. filiam eius virg
Vitiauit. DE.hem.H.mane, nondum audiſti D
Quod eſt grauiſſimum. D. an quicquam eſt
amplius?
H. Verò amplius : nam hoc quidem ferundu
quo modo eſt.
Perſuaſit nox,amor,vinum,adoleſcentia:
Humanum eſt:vbi ſcit factum,ad matrem virg
Venit ipſus vltrò lacrumans,orans,obſecrans
Fidem dans,iurans ſe illam ducturum domun
Ignotum eſt,tacitum eſt,creditum eſt:virgo e
Compreſſu grauida facta eſt: mẽſis hic decim
Ille bonus vir nobis pſaltriam(ſi dis placet)
Parauit,qui cum viuat:illam deſerat.
DE.Pro certóne tu iſtæc dicis? H.mater virgini
In medio eſt,ipſa virgo, res ipſa,hic Geta
Præterea,vt captus eſt ſeruulorum,non malu
Neq; iners,alit illas:ſolus omnem familiam
Suſtentat:hunc abduce:vinci:quære rem.
GE.Imò hercle extorque,niſi ita factum eſt D
Poſtremo non negabit:coram ipſo:cedo.
DE.Pudet:nec quid agam, neq; quid huic reſp
Scio.GE.intus clamat Pamphila.PAM.miſera
differor doloribus.
Iuno Lucina fer opem:ſerua me obſecro.HE.h
Numnam illa quæſo parturit? GE. certe Hegio
hem,

lem nunc veſtram implorat Demea.
os ius cogit,id voluntate impetret.
mum vt fiant,deos quæſo,vt vobis decet:
r animus veſter eſt,ego Demea
vi hanc defendam,atq; illum mortuum.
us mihi erat:vnà à pueris paruuli
:ducati:vnà ſemper militiæ & domi
paupertatem vnà pertulimus grauem.
pter nitar,faciam,experiar:deniq;
ı relinquam potius,quàm * illas deſeram. *al.illam.
ıihi reſpondes? DE. fratrem conueniam
ı:
nihi de hac re dederit conſilium, id ſequar.
Demea hoc tu facito tecum animo cogites;
os facillimè agitis,quàm eſtis maxume
:,dites,fortunati,nobiles:
xume vos æquo animo æqua noſcere
,ſi vos vultis perhiberi probos.
o,fient,quæ fieri æquum eſt,omnia.
:t te facere. Geta duc me intro ad Soſtratam.
me indicente hæc fiunt:vtinã hoc ſit modo
ım.verum nimia illæc licentia
euadet in aliquod magnum malum.
quiram fratrem, vt in eum hæc euomam.
immortales.] *Hæc ſcena fidem amici erga defũ-* *ıaturitatem ſenilis orationis,& accuſationem e-* *lædere nolit ipſe accuſator,continet.* Indignum *Iam narrauit Geta:& rectè.non enim apud ſpe-* *erũ fuerũt dicẽda quæ dicta ſunt. Illud ſanè ad-* *iuſmodi Hegionis verba induci, qualia eſſe de-* *ıtopere laudati viri,& eiuſdem Hegionis ac De-* id narras?] *Mirantis eſt, non interrogantis.* O ,pol haud paternũ.] *Mira maturitas:in qua* *um magis iniuriã illatam orbæ virgini, an Ae-* *caſſe,plus doleat.ſeruatur enim in Hegione quod* *ſit,& amicus.* Tã illiberale factũ.] *Id eſt, non* *uccenſeas,laudare homines, factum reprehen-* d paternũ iſtuc dediſti.] *Deeſt facinus. & de-* *ciſti. Sed ſic dicitur in re magna, vt,- dabit ille* *boribus ſtragemque ſatis.* De pſaltria hac

audiuit.] *Sic errat Demea, vt intelligatur quãtum iraſci in ijs quæ inopinatæ audiet.* Videlicet de t hac audiuit.] *Videlicet confirmatiuum eſt, vt, V videre licet: ſic ſcilicet, ſcire licet: ilicet, ire licet.* I pendit.] *Is abundat, vt in Heaut. Perij, is mihi, v bit plus paulo ſua quæ narrat facinora: Aut is, ſubiunctiuum pronomen minus quã finitũ.* Vti prope adeſſet.] *Quaſi non crediderit dicenti, In omni populo.* Haud ſic auferent.] *Quomodo acc haud ſic auferent: an factum ſuum auferent ſic? a rexerint culpam, non ſilentio tranſituros ipſos, ve quod factũ eſt?* Et ni.] *Si non ſignificat.* Haud ſi κτικὸν eſt. Quę illos æquũ eſt.] *Subauditur fac periori per σύλληψιν intellectum.* Haud ſic aufe *eſt, leniter abibunt, vel ſubtrahent culpam.* Hau ferent.] *Senilis & matura comminatio. & eſt Si ſtratio geſtura continens leuiſſimæ ac paruæ ſignif* In te ſpes omnis Hegio.] *Vt narratio non fui ſaria, ita preces interponendæ ſunt.* Tu es patro parens.] *Patronus autem temporale nomen eſt ris: aut certè appellatio eſt, per quam oſtenditur, cultus & obſequij debeatur. eſt enim nomen ac Parens autem, veri amoris nomen eſt, & æquali l net interpretationem. Et vide quã vigilãter poet pliciter matronã de abſente Hegione loquentem i Coluit nos dixit: cum ſeruus & ſupplex ad præ quitur, Tu es patronus, inquit.* Ille tibi morien mendauit ſenex.] *Seruus magnum veritatis i didit, dicendo moriens. nemo enim moriens non v tur, & vrgentia. vnde in iure vltima iudicia cert Sic & alibi, Hanc mihi in manũ dat, mors conti occupat.* Si tu deſeris, perijmus.] *Proprie qua nã ſocius deficit: Parens prodit: Patronus deſeri Poſt defectionem ſociorum & Latij. Et Verg. vni Prodimur. Et alibi prodidiſti & te, & illam m gnatum: quod quidem in te fuit. Plaut. Qui li bent, eos deſerunt. Hinc & milites, qui defenſ deberent eſſe, deſertores eſſe dicuntur. Hæc au magnam vim habent, ſi per ſingulas partes ora ſiderentur, ad commouendum precibus Hegi*

ronus, ab honeſto: Tu es parens, à iuſto. Si tu de-riimus.] *Et huic rei maximè reſpondet oratorie, u maximè commonuit. Vt, En ego victa ſitu. Et, io. Alij* πρὸς τὸ *per:imus* τοῦ εὐφημισμῷ *reſpon-unt.* Satis pie poſſe.] *Deeſt facere.* Neque me poſſe arbitror.] *Honeſta locutio. qua ſignificat ſfecerit, pro pietatis debito illis meritò parum eſ-s autem hic eſt, Neque faciam quod nefas eſt, vt am, nec hoc ipſum, quod facio, ſatis pium eſt, pro eſſitudine. Et bene addidit, ſatis. vt, Et ſapiens, n ſatis.* Saluere Hegionem plurimum iu-*leo prouidit Demea, non prouiſus eſt, quia opor-t audire quæ loqueretur Hegio, & ex illius iam indignationem moueri. Iubeo autem: volo ſigni-quod ſequitur, id quod præcedit. Non iubemus quod voluerimus, & eſt Homericum.* Maior fi-s Aeſchinus.] *Artificioſa poſtulatio: in qua, ne emea diceret, nihil ad ſe hanc querelam pertinere, ui Cteſiphonem curare debeat, infertur cauſa, cur nulet pater, quia filius, quia maior eſt, quia Ae-ſi quid eſt in ipſo nomine charitatis, quia fratris s, quia bonus & liberalis. & contra hæc, quibus eſt, fecit.* Neque boni.] *Quaſi id quod eſt, velit debet.* Neque liberalis functus eſt officium *uærendum inter bonum & liberalem quid inter-onus eſt, qui non nocet? Liberalis, qui etiam pro-bonus qui non peccat in facto? Liberalis, qui nec idem?* Aequalem.] ὁμήλικα. Quid ni?] *Plus eſt quam noueram. nam quaſi corripit dubitantem quid ni: vt ſubaudiatur, nouerim.* Filiam eius n vitiauit.] *Vides quantum valeat iniuria, vel perſonarum. Non contentus facinore, perſonas ante proponendas.* Hem.] *Interiectio eſt irati ve-r, quippe qui aliud vitium audiebat, præter cri-e ſciebat.* Quod eſt grauiſſimum] *Quia illud* An quicquam eſt etiam amplius?] *Amplius tis eſt, nam ideo Nondum etiam audis quod eſt num.* Amplius.] *Id eſt maius.* Perſuaſit nox, a-mum, adoleſcentia.] *Plaut. in Bacch. Quia iſtoc ſius fieri nihil poteſt, nox, mulier, vinum homini adoleſcen-*

adoleſcentulo. Et hæc omnia ab impulſionis pari tur, non à ratiocinationis. Ideo & perſuaſit dixit. ſtans perſuaſio, impulſio dicitur. vt ipſe, Dum in animus, paulo momento huc illuc impellitur. Hu eſt.] *Nihil tandem ex ea ſumptum conſuetudine e non humanum. & hoc dicere ſolemus, vbi peccat dem non negamus, ſed tolerabile eſſe dicimus.* P nox, amor, vinum, adoleſcentia.] *Hæc in ἀσυνδέτως, vt multa videantur.* Vinum.] *Pl quam ſi vinolentiam diceret. vt, Tu nihil niſi ſap ille ſomnium. Proximum huic & ſimile in Hecyr virgine vna adoleſcens cubuerit plus potus, ſeſe i nere vt potuerit, non veriſimile dicis, neque veri tror. Verg. Bacchus & ad culpam cauſas dedit.* Vb ctum.] *id eſt, intelligit & ſentit. quia ſupra futu cauerit: & quia qui impulſione peccat, non pecca natione. Hic locus illi rei occurrit. Cur ergo tacu* rans, obſecrans.] *Orare, eſt placidos petere, Ob ratos rogare. Vnde plus facit obſecrans, quam or vero orans, quam rogans. Cicer. Orare & roga* ipſus vltro lachrymans.] *Mire, & ad matrem tro lachrymans: ne quod leniter aut mollius mu ſet, prope pactionem iniiſſe videretur.* Ignotum tum eſt, creditum eſt.] *ἀσυνδέτως per συντομ let, hic loquitur: vt, Imus, venimus, videmus. Ig autem, quod vltro venerat, & lachrymans: Tacit orabat, & obſecrabat: Creditum eſt, quod fidem iurabat. Et honeſtius imperſonaliter, quam ignou cuimus, credidimus.* Virgo ex eo cõpreſſu gra cta eſt.] *Hæc addidit, ne ex viliore vſu, inhoneſta virginis ad conceptum libido peruenerit. & præt & hoc potuit dici, Ille quidem vitiauit virginem ſi ex alio concepit poſtea, quæ nunc grauida fact circo & à vitio virginis tempus oſtendit, vt cum tio conueniret.* Ille bonus vir.] *εἰρωνεία indign loco addita eſt verbis ardentibus.* Ille bonus v pſaltriam (ſi dis placet) parauit.] *Concluſio a nis. & bonus vir, εἰρωνεία quidem eſt, ſed ab eo p indignetur virum bonum eſſe debuiſſe, qui non pra, Neque boni, neque liberalis eſt functus offic*

conſidera, quo nomine Aeſchinum vocet, virum
ſcilicet, qui vult eius certa eſſe promiſſa, & qui
npridem videri maritũ velit. Nobis autẽ ex abun-
ἰδιωτισμῷ ad indignationem relatum eſt. Si dis
Bene interpoſitũ ad inuidiã. Si dis placet.] Scili-
ιος iuratũ eſt. Pſaltriã nobis.] τῷ ἰδιωτισμῷ. ſic
s, & eſt conſuetudinis peruulgatæ. Illã deſerat.]
ntrario dũ viuat obſtrictus eſt. Et deſerat.] Vi-
et. Pro certon' tu iſta dicis?] Hoc ideo non dicit,
m non habeat narrãti: ſed quia mira ſunt ſcelera.
rginis in medio eſt. Terribiliter ſatis, In medio
retineri non poſſit, nec cohiberi quin rẽ prodat. Et
cum argumentorum genera duo ſint ἔντεχνον &
ſicut in rebus manifeſtis ἀτέχνῳ vtitur. hoc ergo,
uperciliis dicendum eſt, In medio eſt, nam lenius
ceret, præſto eſt. Ipſa virgo.] Scilicet qua in Ae-
eum & teſtis, & crimen eſt. Et ideo addit, Res
l, Pondus vteri, exactis ad pariendum menſibus.
, vt captus eſt ſeruulorum, non malus.] Ad
igimus aliter dici non inertem Socratem, aliter
em ſeruum, aliter non malum Scipionem eſſe, ali-
ualum ſeruum eſſe. Præterea vt captus.] An,
capit animus ſeruilis, tantum non malus, neque
s? An, vt captus eſt ſeruulorum, quemadmodum
ipium in ſeruis habendis bonum euenit: vt in ca-
n vel piſcium, vel ferarum plurimum fortuna
ur? Et hoc ideo, quia ſeruum euenire bonum non
ut natura, ſed caſus eſt: vtpote in re rariſſima. vt
tus eſt ſeruulorũ, i. euentus eſt in ſeruis. vt captus
orũ, i. vt ſe habet conditio ſeruorum. Afran. in Si-
's vt ſeruorũ captus eſt facillime domo atq; noſtra
rouenditur. Ergo captus ſorte intelligo. Non ma-
elis. Neq; iners.] i. artem habens. Oratorie futu-
& indicẽ laudat: ſed ne improbe facere videatur,
l facit. non enim dixit, Bonus & ſolers, ſed quod in
icit, non malus, neq; iners. Et proferendi Getæ
me cauſa eſt, ne ꝙ permittere videatur in ſeruo
, atrocius fiat. & ſimul vt hæc προπαρασκευὴ non
Getam, quem prius laudat dicturus, Hunc ab-
ti, quære rem. Alit illas, ſolus omnem fami-
liam

liam ſuſtentat.] *Duas hic res docet: & vnde ha quod teſtimonium pudicitiæ eſt: & grauem teſtem* Getam. Solus.] *Incerta diſtinctio eſt, ſolus: ſed m lus omnem familiam ſuſtentat. Hoc verbo tenuis ſtenditur, quod bene frugi eſſe monſtratur in* Hunc abduce, vinci, quære rem.] *Non multum tit, vtpote de alieno ſeruo. ideo Geta plus de ſe l ipſe iam ἀσυνδέτως tria poſuit, vt multa videret* Hūc abduce.] *vt, Tu Voluſe armari Volſcorū ea plis. nam poſtea e litera, huiuſmodi verbis ablata abduce, vinci. Bono ordine & abduce: ab hoc illi mo poſſit intercedere & vinci: ne ſolutus, vt ſciat ſeruus accuſet.* Quære rem] *Latenter præter vi iam tormenta ſignificauit: nam hoc, quære rem: p ritatem, ſignificat.* Imò hercle extorque.] *ἀτ σις. Et bene ipſe de ſe plus & apertius quam Heg iur.* Extorque.] *Multum dixit, non torque, ſed Torquemus enim hominem, Extorquemus verit* det.] *Aduerſus hoc dicit. & perturbatus Demea erit ponderis, Pudet dictum, ſi Me nec addas, r dias.* Differor doloribus.] *Diuellor, diſcruci ror. Et proprie hoc genus querelæ conuenit part cui viſcera diſtenduntur, & ei quæ inexpertu nunc primum ſentiat.* Iuno Lucina fer ope *procuratio poetæ: vt & vox parturientis, pro ſuccedat ad inflammandum Demeam. Et nota, p quæ in comœdiis honeſtæ ſunt, & ex amore d ici nullam in ſcena eſſe, aut rariſſimam vocem.* Fe Partui. Serua me obſecro.] *Parturientem. l poſcit hæc precatio, & naſcentis & parturient* Númnam illa quæſo parturit?] *Illa ſcilicet mo eſt: quid enim opus fuerat nomine?* Illæc fic veſtram implorat.] *Hæc oratoria πλάσις eſt. vere rogat: ſed videtur hoc facere. Et implorare lis poſitos cum ploratu aliquem rogare.* Quo cogit, id voluntate impetret.] *Artificioſe ſimpliciter agendo, diffidere cauſæ videatur. Iu gum intelligitur.* Deos quæſo, vt vobis dece *non volūtate aduerſarium fore.* Vt vobis dece *γενικῶς dixit, non vt puellæ vtile eſt, ſed vt v*

decet.] *Græcè dixit ὑμῖν πρέπειν, & deeſt facere.*
ter animus veſter eſt.] *Officium amici exequi-*
reddenda cauſa, cur aduerſarius futurus ſit. E-
mea ſumma vi defendam hanc.] *Non dixit id*
, vos vlciſcar: ſed hanc defendam. Atque illum
um.] *Idonea cauſa eſt, aduerſus viuos querimo-*
ciendo, pro mortuo ſcilicet. qua in re, & de officio
tus eſt, & exaggerauit culpam in Aeſchino, qui
ur in vno & eodem facinore viuos mortuoſque læ-
ognatus mihi erat.] *Cauſa expoſita, iam agit He-*
erſona ſua, vtrum recte faciat: vt quam perſonam
oſtendat habiturus. Cum amicitiarum duo gene-
vnum neceſſarium, id eſt propinquitas ſanguinis:
voluntarium, quo nobis etiam alieniſſimi coniun-
: Mitionem dicit ac Demeam, & viuos, & volun-
itum ſibi amicos eſſe: Simulum vero & mortuum,
olum voluntate, ſed neceſſitate amicum fuiſſe con-
In qua re & illi non deerit, & his purgatur. Sed
atus mihi erat, vultu adiuuat: quia non à coniun-
nceptiua ſumpſit exordium. Cognatus mihi e-
ficia multa contra officium vnum Demeæ amicitiæ
nis. Paupertatem vnà pertulimus grauem]
εὐ ἦ eſt, quia magis coniungit malorum conſor-
iam bonorum. Nitar, faciam, experiar.] *Sic di-*
cat vindicabo, quod vult magis ſignificatum eſſe,
ictum. Et ne ei diceretur, nihil poteris: quod ad in-
um ſufficit, dixit Experiar. Animam relinquam
.] *Modeſta comminatio: prius quid ſibi poſſit eue-*
it, quam quid paſſurus ſit Aeſchinus. Fratrem
iam Hegio] *Vultuoſe pronunciandum, hoc*
dit Hegio; quaſi dicat, In manu fratris eſt conſtitu-
mea Quid mihi reſpondes?] *Reſpondere pro-*
itur, cum lis intenditur. Reſpondere enim, eſt prio-
qui, quaſi reſpondere, verba fundere: vt, Fundit-
ore querelas. Reſpondere.] *Poſteriore loco dice-*
Demea hoc tu facito.] *ἐπιθεραπεύσις ſupra ha-*
mminationis. Quam vos facillime agitis.] *Vt &*
acilem victum paret. & vide quam oratorie laudes
it argumenta ſuadendi. Aequo animo æqua
e oportet.] *Bene dixit, æquo animo: quia poten-*
tiori &

tiori & fortiori contra naturam eſt æquitas. I
Perſequebatur eum, quemadmodum apparet e
Decet te facere.] *Solicita obſequela Hegionis,*
loquendo, oſtendit impotentiorem perſonam co
ſchinum, quo magis gaudium creſcit comœdiæ: qu
ac tanto, pauperior puella, ſed tamen cupita, i
Non me indicente.] *Quia dixerat, ipſe ſentiet*
Et nimis dura compoſitio eſt: ſed apta iraſcenti.
hoc ſit modo defunctum.] *Vtinam, deſperan*
bet. Hoc, id eſt negotium, id eſt raptus virginis
ctum, finitum, id eſt, vt non peiora committat. De
finitum, id eſt, ne vlterius peccet Aeſchinus. Ni
licentia.] *Quam illi dat Mitio.* Profecto eua
ardua & prærupta veniet. Hæc euomam.] N
dam, ſed euomam, vtpote quæ me ægrum faciun
me releuabo, cum languor ille egeſtas ſit. Nam
hoc tranſlatione ſignificat.

ACTVS III. SCENA

HEGIO.

Senarij.

BOno animo fac ſis Soſtrata, & iſtam, qu
Fac conſolere, ego Mitionem ſi apud f
Conueniam, atque vt res geſta eſt, narrab
Si eſt, facturus vt ſit officium ſuum,
Faciat: ſin aliter de hac re eſt eius ſententia,
Reſpondeat mihi, vt quid agam, quamprim

BOno animo fac ſis Soſtrata.] *Hi ſex verſu*
buſdam non feruntur. In hac ſcena videtur i
Soſtratæ Hegio reſpondere. Poteſt tamen & ipſe
tanquam qui & rem nouerit, & mœrore eius n
Bono animo fac ſis Soſtrata.] *Meminiſſe*
quod dixit, Duc me intro ad Soſtratam, & quia
*in proſcenio eſt * non poteſt ſcenam. nam aliud*
Eamus intro, vbi dicitur, Intus deſpõdebitur, int
getur ſi quid eſt quod reſtet. illud enim interi
extra omne proſcenium. Fac ſis Soſtrata.] *Sis,*
ce additur verbo, ne, quod imperatiuo modo p
tur, ſuperbum ſit. Deductum eſt autem à ſena
ti formula. vbi enim aliquid Senatus Conſulib

'it, ſi eis videatur. Et iſtam quod potes.] *Quia* *triſtis, & circa triſtem filiam. Quod potes dixit.* nſolere.] *Duas res dixit, quas & ordine locutus* *u bonum habe animum, inquit, & filiam fac habe-* Mitionem.] *Quia Demeam iam vidit.* Si eſt fa- officium.] *Hoc dicendo, promittit eum eſſe factu-* *m facile eſt vnumquemque ſuo officio fungi.* Vt gam, quàm primum ſciam.] *Mature neque* *iatur, neque ſegnem oſtendit ſe fore.*

CTVS IIII. SCENA I.

i quadrati acatalectici, vno aut altero trochaico *catalect. mixto. Dimeter vnus Iambicus.*

CTESIPHO. SYRVS.

atrem hinc abiſſe rus? SY. iamdudum. CT. dic
les. SY. apud villam eſt.
am maxime operis aliquid facere credo. CT.
m quidem,
um ſalute eius fiat, ita ſe defatigarit velim,
io hoc perpetuo prorſus è lecto nequeat
re. (nam hunc diem
at, & iſtoc ſi quid potis eſt rectius. CT. ita:
imis cupio, vt cœpi, perpetuum in lætitia
e.
us nulla alia cauſa tam malè odi, niſi quia
t: quod ſi abeſſet longius,
x oppreſſiſſet illic, quam huc reuerti poſſet
.
i me illic non videbit, iam huc recurret,
o.
me, vbi fuerim: quem ego hodie toto non
e.
am? SY. nihil'ne in mente eſt? CT. nunquam
uam. S. tanto nequior.
imicus, hoſpes nemo eſt vobis? CT. ſunt:
oſtea?
opera vt data ſit. CT. quæ non data ſit? non
fieri. SY. poteſt.
diu. ſed ſi hic pernocto, cauſæ quid di-
re?

SYR. Vah, quam vellem etiam noctu amicis
moſ eſſet dari.
Quin tu otioſus es: ego illius ſenſū pulchr
Cùm feruit maxime, tam placidum, quà
reddo. CT. quomodo.
S. Laudarier te audit libenter: facio te ap
deum:
Virtutes narro. CT. meas? S. tuas: homini
cruiuæ cadunt
Quaſi puero, gaudio: hem tibi autem. CT.
e.. ? S. Lupus in fabula.
CT. Pater eſt? S. ipſus eſt. CT. Syre quid agi
S. fuge modo intro, ego videro.
CT. Siquid rogabit, nuſquam tu me: audiſ
tin' vt deſinas?

Ain' patrem hinc abiſſe rus?] *Hic oſtenditu boni adoleſcentuli, & verti* * *ſed ad peccand. Eti conſcientia & reuerentia parentis apparet. verorum patrum circa filios, Syro Demeam* ...
Ain' patrem hinc abiſſe rus?] *Compendio quid ſit iam locuturus Syrus.* Nunc autem r liquid operis facere credo.] *Vide quaſi i..rum Syri eſſe, de opere loqui. ſic enim dicit & illud, falſo: hoc, ſerio.* Vtinam quidem.] *A.. ſit, ſubaudiendum, & diſtinguendum anteq.. tur quod ſequitur.* Quod cum ſalute eius fi *eſt odiſſe patrem: ſed tantum timere ex proprio .. uatur enim in eo & amor filij & amoris aff.c.* duo hoc perpetuo.] *Quantum ſufficiat ama non opus erat perpetuo dicere, ſi triduum di..* ſtoc ſi quid potis eſt rectius.] *Deeſt, addi. n ſignificaret, non conueniret adoleſcentem ita d.. tus enim plus temporis optaſſe languori.* Nam miſere nimis cupio.] *Moriatur ſcilicet, & h.. ſeruum debet dicere, ne indecorum adoleſce.. ſit hæc ita dixiſſe: quamuis eiuſmodi adoleſcen comici, vt Næuius in Tribacelo, Deos quæſo & patrem & matrem meos.* Miſerè nimis c.. *mis abundat, more comicorum, qui hoc dicto nem inculcabant.* Cupio, vt cœpi, perpetuu..

te.] *Qui & ſupra dixit, Ita quæſo: quando hoc bene* ït, *hilarem hunc ſumamus diem.* Et illud rus nulla auſa tam male odi.] *Mirè oſtendit omnia ex deli-pratuum verti: adeò vt miſeram putet adoleſcens banam villam: qua re cæteri delectantur. Illud ergo am cum deteſtatione dixit: & Male, & nimis, & Mi-tm nimium, & malum, miſerumque eſt ſecundum ſententiam, Ne quid nimis.* Quod ſi abeſſet lon-] *Amori magis, quam rei conſulit adoleſcẽs.* Iam huc et.] *Mirè de ſene, recurret dixit, vt eius inſtantiam ſtraret.* Nihilne in mente eſt?] *Sic hoc accipiendũ adoleſcenti libero malitiam putemus, non ſapiẽtiam ideò in hac re magiſter eſt ſeruus.* Tãto nequior.] *dictum eſt, vt è contrario dicimus, tanto melior.* uam quicquam.] παρέλκον *pro nunquam, id eſt,* liens, amicus, hoſpes, nemo eſt vobis?] *Vide rum ad nequitiam, vt ſimplici adoleſcenti mentiẽdi lemonſtret, & honeſtum tentet adferre argumen. l mendacium, propter clientem, amicum, aut hoſpi- vrbe ceſſare viſum, quod tamen ne ſic intelligit ru-uſticus adoleſcens.* Cliens, amicus, hoſpes, ne-t vobis?] *Mirè ſic interrogauit, vt qui agreſtes in-toſque reprehendat, & inſociabiles alijs, propter a-tem ruſtici ſenis.* Hiſce opera vt data ſit.] *A ſu-ſubauditur, veniat in mentem, id eſt, cogita, dari e: & datam dicito.* Quæ non data ſit?] *Hic de fa-æſtio eſt, in qua quidam diſputant, quædam tunc ia intelligi, quando facta ſint. cũ autẽ non fiunt: non non fieri. ſed ne poſſibilia quidem eſſe dicenda, qui lo-* ἀδύνατον *dicitur.* Poteſt.] *Iterum ſubauditur, fieri a ſit, vel vt credatur data.* Interdiu.] *Bene: quia a-maxime nocte opus eſt.* Vah, quã vellẽ etiam no-*loc vtriuſq; perſonæ conuenit, ſed melius à Syro, & is dicitur, & quidã totũ Cteſiphoni aſſignant abuſq; iu. Et quam vellem, proprie dicimus in his quæ non ius fieri. Bene igitur deficiente argumẽto, cũ aliud nõ ret, in vota conuerſus eſt, vnde videntur magis hæc Cteſiphonis eſſe.* Calleo.] *Callide ſcio.* Cum maximè.] *Tertia coniugatione dixit, vnde feruere r correptã media ſyllaba.* Quomodo?] *Miratur,*

quia timet eum quem iſte contemnit. Laudarier t… libenter.] *Quod de Demea dicitur, in omnes paren… puta.nam nemo tam aſper eſt pater, vt non ſtatin… ſcat laud… filio.* Virtutes narro.] *Non dicit ele… indolem, ſed virtutes. Virtutes autem ſunt perfecti… tis, vel diui alicuius. Et bene cum ſtupore reſpondet… Oſtendens quod nullæ eſſent.* Meas? Tuas.] *Cum ge… nunciare debemus, vt intelligatur irriſio.* Quaſi … gaudio.] *Deeſt præ: vt ſit, præ gaudio.* Lupus in fa… *Silentij indictio eſt in hoc prouerbio: atque eiuſmo… tio vel in ipſo verbo, vt ipſa fabula conticeſcat: Qu… vidiſſe homines dicimus, qui repentè obmutuerint… ferè ijs euenit, quos prior viderit lupus: vt cum cog… in qua fuerint, etiam voce & verbis careant. Sic T… tus* ȣ φθέγξῃ λύκον εἶδες. *Et Vergilius, vox quoq… rim Iam fugit ipſa, lupi Mœrim videre priores. … tant ex nutricum fabulis natum, pueros ludifi… terrore lupi paulatim Capua venientis vſque ad li… biculi. Nam falſum eſt quod dicitur interueniſſe… Næuianæ fabulæ alimoniæ Remi & Romuli, dum … tro ageretur.* Fuge modo intro.] *Non dixit, i, ve… vade: ſed fuge, tanta celeritate opus eſt.* Si quid r… nuſquam tu me.] *Magna virtute Terentius rud… plicem, timidumque inducit Cteſiphonem ab initio… qui mox opprimeretur cum meretrice accumben… uentu patris, ob imprudentiam ac ruſticitatem ſua…* quam tu me.] *Familiaris* ἔκλειψις, *& apta pro… quare hæc omnia preſſa voce cum celeritate pron… da ſunt.*

ACTVS IV. SCENA I…

Troch. quad. catal. vnus Denarius, paucis Iamb. im…

DEMEA. CTESIPHO. SYRVS

NAE ego homo ſum infelix: primum fratre…
quam inuenio gentium:
Præterea autem dum illum quæro, à villa …
narium
Vidit is filium negat eſſe ruri: nec quid agam ſ…
CT. Syre. SY. quid ais? CT. men quærit? SY. …
CT. perij. SY. quin tu animo bono es.

DE.

Quid hoc (malum) infelicitatis? nequeo ſatis
:ernere:
ıe credo huic eſſe natum rei, ferundis miſerijs.
s ſentio mala noſtra: primus reſciſco omnia:
s porrò obnuntio. ægrè ſolus, ſi quid fit, fero.
·o hunc: primum ait ſe ſcire, is ſolus neſcit o-
a. (Syre.
Nunc redeo, ſi fortè frater redierit viſo. CT.
ro, vide ne ille hic prorſus ſe irruat. SY. etiam
s?
uebo. CT. nunquam hercle hodie ego iſtuc
mittam tibi:
ıe iam in cellam aliquam cum illa conclu-
, id tutiſſimnm eſt,
, tamen ego hunc amouebo. DE, ſed eccum
ratum Syrum.
n hercle hic quidem durare quiſquam, ſi ſic
oteſt.
quidem volo, quot mihi ſint domini: quæ
eſt miſeria?
uid ille gannit? quid volt? quid ais bone vir?
eſt frater domi?
d (malum) bone vir mihi narras? equidem
DE. quid tibi eſt?
tas? Cteſipho me pugnis miſerum, & iſtam
riam
occidit. DE. hem, quid narras? SY. hem, vide vt
lit labrum.
amobrem? SY. me impulſore hanc emptam
it. DE. non tu eum rus hinc modo
e aiebas? SY. factum, verum venit poſt inſa-

percit: nō puduiſſe verberare hominē ſenē,
ego modo puerum tantillum in manibus
ui meis?
do Cteſipho, patriſſas. abi, virum te iudico.
las? næ ille continebit poſthac, ſi ſapiet,
s.
ter. SY. perquam: quia miſeram mulierem &
cuolum,

Qui referire non audebam:vicit,hui,perforti
DE.Non potuit melius:idem ſenſit quod ego,
huic rei caput.
Sed éſtne frater intus?SY.non eſt.DE.vbi illun
ram, cogito.
SY.Scio vbi ſit, verum hodie nunquam monſ
D.hem quid ais?
SY.Ita.DE.diminuetur tibi quidem iam cereb
at nomen neſcio
Illius hominis, ſed locum noui vbi ſit. DE.
go locum.
SY. Noſtin' porticum apud macellum hanc
ſum?DE.quid ni nouerim?
SY.præterito hac recta platea ſurſum:vbi eò v
Cliuos deorsũ vorsũ eſt: hac te præcipitato:
Eſt ad hanc manum ſacellum,ibi angiportu
pter eſt.
DE. Quónam? SY. illic vbi etiam caprificus
eſt.noſtin'?DE.noui.SY.hac pergito.

Videntur Cretici.

DE.Id quidem angiportum non eſt peruium
rum hercle,vah,
Cenſen' hominem me eſſe? erraui: in portic
ſum redi.
Sanè hac multò propius ibis,& minor eſt err
Scin' Cratini huius ditis ædes? DE. ſcio. SY.
præterieris,
Ad ſiniſtram hac recta platea:vbi ad Dianæ v
Ito ad dextram,prius,quàm ad portum veni
ipſum lacum
Eſt piſtrilla, & ex aduorſum eſt fabrica? ibi
quid ibi facit?
SY.Lectulos in ſole iligneis pedibus faciũdc
Vbi potetis vos.D.rectè ſanè: ſed ceſſo ad e
gere?
SY.I ſane, ego te exercebo hodie,vt dignus
cernium.
Aeſchinus ocioſe ceſſat:prandium corrump
Cteſipho autem in amore eſt totus:ego iam
ciam mihi. (erit bell
Nam iam adibo,atque vnum quicquid,quo
C

m: & Cyathos ſorbillans paulatim hunc pro-
am d.em.

ego homo ſum infelix.] *In hoc actu exemplum neminem facilius, quam optimum quemque falli eludi: vt Verg. ait. Et næ, valde ſignificat, vt, Næ illi nter errant. Cicero in Catil.* Næ ego ſum homo] *Vide initium conueniens perpetuo mœrori De- r totam fabulam, aut diſperij dicit, aut defeſſus it aliquid tale ſemper, quod queratur: ita tamen, augmento ſit miſeria, quotieſcunque proceſſerit. us eſt quod nunc dicit, Næ ego infelix homo ſum, iſperij.* Nuſquam inuenio gentium.] *Abundat* ı. A villa mercenarium vidi.] *Sapientiſſime Te- etſi proxima villa eſt, neceſſario ſenem ad reliquos bulæ noluit ab vrbe diſcedere, perſonæ ſenilis me- m & arduum fuerat, dum redit, & cruciabile, ne o eius in tragœdiam tranſiret. Recte igitur inuenit nario illi in vrbe narratum, ruri non eſſe Cteſi- . at vbi perſona eſt adoleſcentis, & proficiſcitur ad & continuo redit, vt in Eunucho Phædria. Et, à trum à, pro de, poſitum eſt, vt ſit, de villa? an deeſt vt ſit, à villa vidi veniſſe mercenarium.* Nec quid ſcio.] *Vtrum fratrē an filium magis quæram. nam uerulus, tria dicit eſſe incommoda ſibi: quod fra- m inueniat: quod Cteſipho ruri non ſit: quod vtrum maneat, an ad villam abeat, ipſe neſciat.* Verum.] *verum, nomen non eſt, ſed aduerbium confirmantis,* Perij.] *Hæc Cteſiphonis perturbatio huc tēdit Poetæ t deprehendatur cum amica filius, repente ingreſſo* Quin tu animo bono es?] *Nunc quin, pro quin- ſitū eſt.* Quid hoc, malū, infelicitatis?] *Abundat ı.* Quid hoc, malum, infelicitatis?] *Deeſt, deos te-* uid hoc, malum, infelicitatis?] *Hic autem Ma- ro interiectione poſitum: & eſt dictum, quaſi, O ma- & eſt dictum anxij hominis & perturbati nimis.* Ni- credo.] *Pro niſi quia tam ſupereſt, vt me credam. im ſenſus eſt in huiuſmodi locutione.* Niſi me credo eſſe natum rei.] *Noua locutio, pro, niſi quia cre- it, huic rei, poteſt ſubtrahi, incolumi ſenſu: vt niſi*

me credo natum eſſe ferundis miſeriis. Ergo huic re. diſtinguendum : & ſic inferendum, ferundis miſeri. go, huic rei, pro ad hanc rem. Primus ſentio mal ſtra, primus reſciſco omnia.] *ἐπαναφορά.* Pr ſentio mala.] *Ridiculus error Demeæ. Et primus,. dinem : Solus, ad numerum dicitur.* Primus porr nuntio.] *Qui malam rem nuntiat, obnunciat: qui b annuntiat. nam proprie obnuntiare dicuntur Au qui aliquid mali ominis ſæuumq; viderint. Ergo, o tio malum imminens, quaſi omen nuntio. inde enim ἐ λογία huiuſce verbi eſt.* Aegre ſolus, ſi quid eſt, f *Praue ſcilicet.* Is ſol⁹ neſcit omnia.] *Et bene ſolus, te de multis: quia cum ſciat Mitio, Syrus.. Aeſchinu ſipho, populus, hic ſolus fallitur.* Si forte frater re viſo.] *Pro ſi rediit.* Huc prorſus ſe irruat.] *Neu verbum quaſi actiuu, ſe irruat poſuit.* Vide ne ille l *Iam metuitur quod futurum eſt. Et cum neutrum ruat, noue intulit ſe. Præterea ſic dixit irruat, tanqu eo qui pugnaturus ſit, vt in Eunucho. Quàm mox i mus? Aut tanquam de ſue: vt Horatius, Hac lutulent ſus. Et Vergil. Ipſe ruit, dentesque Sabellicus exacu* Etiam taces?] *Antique, pro tace. Sic in Andr. Eti. hoc reſpondes, pro reſponde. Eſt ergo correptionis ſign tio.* Hodie ego iſtuc committam tibi.] *Quod a eſt complexum mulieris.* Nam me iam in cellā aliq cum illa concludam.] *Id egit ſtulte adoleſcens, vt i prehendatur vbi concluſus eſt. ſed ſic ipſe egit, vt poſſit terfugere non deprehenſus, conſpectum patris.* In lam aliquam cum illa.] *Legitur figuratiue: vt di in locum pro in loco. In cellam concludam, non in cell Et mire, vt recluſum tutumq; locum ſubiret, cellam cet, quam ob ea quæ in ipſa celantur, clauſam eſſe co niat. nam & cella, & cellarium à reponendis celand reb. eſculentis & poculentis dicuntur.* Age, tamen huncamouebo] *Mire amouebo dixit, non deter nam proprie amouetur ſaxum de loco, in quo verbo ſig cat imminere ſibi magnum laborem in hoc opere. Et αὔξησιν: ſupra, vt pecudem abigam hunc rus, dixit: n Vt ſaxū amouebo, inquit.* Non hercle hic quidem tare quiſquam, ſi ſic fit, poteſt.] *Nimis moralite*

p

ba ſunt ſerui verberatum ſe indicantis, quis non ſeruum verberatum intelligat: & ſeruum recens im, & ſeruum fugam comminantem? Mire au- go, ſed quiſquam dixit: nec permanere: ſed dura- ic verbum, perferendis malis conuenit. vt Virgil. vosmet reb. ſeruate ſecundis. Hæc autem omnia uaſi non videat Demeam. Quot mihi ſint do- t hic apparet non à legitimo domino verberatum hæc eſt miſeria?] Deeſt quam patior. & quaſi io quædam eſt flebilis poſt querelas. Quid ille Gannitus eſt proprie veluti ploratus vapulan- d malum.] Et hic malum pro interiectione a- teſipho me pugnis miſerum, & iſtam pſal- ue occidit.] Mire interiecit miſerum, & neceſ- ddidit: vt oſtenderet Occidit, nimiæ cædis ver- occiſionis intelligi oportere. Vſque occidit.] lit, aut vſq; pro valde eſt, occidit pro vehemen- Nam occidere, & peroccidere, ad eadem refe- oud veteres. Vſque occidit.] ἰδιωτικῶς, non s loquitur. Hem vide vt diſcidit labrum.] it, ſed videtur oſtendere ſeni parum iam viden- ns. Hem vide vt diſcidit labrum.] Aſper me- m à cædēdo accipit: ego mediam breuem à ſcin- . tu eum rus produxe aiebas?] Mire Teren- qui falluntur, ex aliqua parte cautos facit, ſtabilius ſpectatorib. procedant doli. nam quæ it delectatio ſtultiſſimum falli? Non tu eum modo produxe aiebas?] Memoriter ſenex, uid dixerit Syrus paulo ante, ſed quibus ver- efert. nam ſic dixerat, Quem egomet produxi. uit poſt inſaniens.] Supra, Produxi iratum unc αὐξητικῶς, non iratum prædicat, ſed inſa- pepercit.] Vt ſupra, nihil reticuit. ſic dicimus præter expectationem geſta ſunt. Verberare ſenem.] M ſerum fit de ætate id, quod de con- poterat. Quem ego modo puerum tantil- nibus geſtaui meis?] Adludit ætati inui- itum recens hoc enim eſt quod dicit, modo. & εικτικὸν eſt, videtur enim manu fingere, quàm laudo Cteſipho, patriſſas.] Facile inductus

eſt ſenex varietate fraudis & doli. nam Syrus & ſup *laudans, non vt vituperans Cteſiphonem: & nunc v* *ſans, idem perficit, atq; perſuadet.* Patriſſas.] *ὠζηο* *vt ſupra dixerat, Spero, eſt ſimilis maiorum ſuoru* *confirmat quod ſperare ſe dixerat. Et virum te iud* *quit, non adoleſcentulum, hoc enim ad ætatem & p* *tem, non ad ſexum refertur.* Patriſſas.] *Attende q* *ne inuentum ſit inanem ſe dicere: nonne videtur* *tiſſimus, cum huiuſmodi laude non modo ſe non* *velle, quod odioſum eſt: ſed etiam filium apud intel* *vituperare videatur: ſiquidem non ſolum hic ſtul* *etiam ille, quia patriſſas inquit.* Patriſſas.] *Tam* *eſt, vt ſe laudet. & alibi addidit, quaſi dicat, Non* *tam demorer, Perfectus es.* Laudo Cteſipho.] *I* *verſus mirè doloſum oſtendit ſenem.* Næ ille cor poſthac, ſi ſapiet, manus.] *Comminatio eſt ſu* *parcior, velut ſerui.* Perquam.] *Nimis, εἰρωνεία* ſeruulum.] *Oratorie. non ſeruum, ſed ſeruulun* *ſenex.* Non audebam.] *Non poteram.* Hui perf *Hoc geſtu ſeruili, & nimis leniori perſonæ congru* *eſt.* Non potuit melius.] *Id eſt, Laudo te Cteſiph* *fieri.* Idem quod ego.] *Id eſt, patriſſas, virum* Sed éſtne frater intus?] *Deeſt reſponde, vt ſit* Verum hodie nunquam monſtrabo.] *Vole* *auidius quærere, quod hic ardor ſemper paratiſſ* *dentes etiam fallit, fingit, ſe nolle dicere. Hodie* *bundat, vt, Nunquam omnes hodie moriemur* *nunquam hodie, pro nullo tempore huius diei, q* *quam per ſe generale eſt.* Diminuetur tibi qui cerebrum.] *Comminationis genus verba ipſa* *vt appareat ſenem baculum ſuſtuliſſe.* At nom illius hominis, ſed locum noui vbi ſit.] *Rec* *hominem diceret, non erat errandum agnita p* *minis, & vbi habitet cognito: ſi notus eſſet, n* *quærendi ſupereſſet.* Dic ergo locum.] *Dic e* *ſi inuitum coegerit. Ergo, ſemper addimus, vt* *tarde quid facientes. vt Vergilius, Ergo age, c* *ceruici imponere noſtræ.* Noſtin' porticum cellum?] *Conuenit ruſtico & parciſſimo ſeni m* *vrbi neſcire, & ideo ſic interrogatur à ſeruo.* H

ꝫne, hanc deorſum, quia non eſt vna. Hac recta.] hac parte, vt manu viam oſtendere videatur. norim?] Correptiue, quid ni: pro, quid niſi. Etenuis ruſticus, tamen eſt ciuis Demea. Vbi eò veiuos deorſum vorſum eſt, hac te præcipitalentius. quidam clarius legunt: vt ſit, præcipitaſcende. Ad hanc manum.] *dicitur, in quo non certum dextrum, nec certum ſiniſtrum: & ideo n errorem. vult enim ſeruus hæc ſigna eſſe pert ſacellum.] Vt Varro ait, ſacra cella eſt. Pro- Propè. vt Vergilius, Templum de marmore poter aquam. & Lucretius, Propter aquæ riuum arboris altæ. Vbi etiam caprificus magna hoc Homerum imitatus eſt, qui dicit caprificum iana mœnia conſtitutam. Hac pergito.] Non uia longum eſt, pergito. Id quidem angiporeſt, anguſta, & curua via, quaſi angiportus: vt ut anguitia. Alij, quod inter portus ſit locus anoc eſt, inter domos. Nam domus, vel portus, vel eteres dixerunt. Et obſerua Terentianam conſue, in qua inducit nonnihil ſapere eos qui fallunſen' me hominem eſſe? erraui.] Calliditas eſt deprehenſum mendacium non defendere, ſed fapinionem ſimplicitatis acquirat. Vides igitur vt uccenſeat tanquam imprudens errauerit: non douerit interrogantem. Et mire ſe negat hominem: homo corde ſit, non corpore. Sanè hac multo ibis.] Quaſi erraſſe profuerit: illa via. & ſatis, ac valde: quia qui ſanus eſt, idem & validus. ſt erratio.] Erratio eſt pecudum. Error animi oci in quo erratur. Cratini huius ditis ædes?] nomen inuenit diuiti, Cratinus ἀπὸ τοῦ κράτους, potentia. Ad ſiniſtram hac.] Deeſt, ito. figura. Vbi ad Dianæ veneris.] Sic abſolute dicen addito, templo. Salluſt. Ad Iouis mandem noiuſquam ad portam venias.] Portam dicendit vſque ad muros finemque ciuitatis erratuneam. Porta autem ab aratro portando dicta eſt, eo loco coloniæ deductor & cōditor, ſubiūctis vacro, aratrum quo vrbem deſignat, ſuſpendit ma-

reducatur, reddenda dos erit. Solus conſcius.] *A*[…] *bili. nam hoc nomine oſtendit tacere eum poſſe, quod* [con]*ſcius ſit ipſe ſolus.* Nam aiunt.] *Honeſtius aiunt, pr*[…] *dixit. nam quis aut ſcire, aut dicere potuit, niſi Phil*[…] *na? ergo recte: aiunt enim potius honeſtum eſt, qua*[…] Poſt duobus concubuiſſe eam menſibus.] *Poſt* [duo]*bus, ſimpliciter accipiendum, non poſt duos: eſt* ἀναστροφὴ *pro duobus. poſt, id eſt, non ſtatim vt nup*[ta] *ſed poſtquam nupta eſt, poſt duos menſes nuptiarũ:* […] *reliqui quinque menſes. Et hinc apparet ante duos,* […] *quam cum Pamphilo concumberet, vitiatã, quatuor* [men]*ſibus cum Pamphilo fuiſſe: ex quibus, duobus poſter*[…] *amatã eſſe, reliquis tribus peregrinatum fuiſſe Pãph*[…] *An poſt duobus, pro poſt duo? vt Plautus, Poſt pri*[…] *denique, & Poſt paulò.* Quod te ſcire ipſa indicat[…] *Quia contriſtatus corripuiſti te foras.* Partus eue[…] *Philumenæ ſcilicet.* Abortum eſſe.] *Non eſt latinu*[m] *orſa eſt, ſed abortum fecit.* Abortum eſſe.] *Deeſt n*[…] *vel Factum, vel abſolute, quomodo dicimus, è re na*[…] *quemadmodum dicimus, Ex te mihi orta eſt iniuria* abortũ eſſe.] *Rationabiliter dixit, fit enim abortus* […] *ſeptimo ſine pernicie feminis.* Suſpectũ fore.] *Suſ*[…] *lẽ, ſuſpicioſum.* Ex te recte eum natũ putent.] *N*[…] *xit natũ abortũ: quaſi abortus naſcatur. Natum e*[…] *facto, conceptoque dixit.* Hic tibi nihil eſt quicqu[am] commodi.] *Cum alienus exponitur, & non tolli*[…] *tuo. Et mire necandi pueri non fit mentio: quia Pã*[…] *lius inuenietur, cũ ei etiã per patrẽ puellæ poeta ſu*[…] Exponetur.] *Ad mortem ſcilicet.* Hic tibi nihil e[ſt] quam incommodi.] *Ab vtili, & eſt* παρέλκον […] *vt, Nihil vidi quicquam lætius.* Et illi miſere in[…] *Vt non ſit* ἀνακόλουθον, *ſuperiori verſui,* τὸ *Et ada*[…] *eſt: vt ſit, Et tibi nihil eſt quicquam incommodi.* […] iniuriam.] *Mire iniuriam dixit, vt non contemn*[…] *ſed tollenda.* Pollicitus ſum.] *Plus quàm prom*[…] illi miſeræ.] *Cõcluſio per enumerationẽ. Et non læd*[…] *quit, & proderis miſeræ.* Quod dixi.] *Quod pr*[…] vero neutiquã honeſtũ eſſe arbitror.] *Neutiq*[…] *omnino negatiuũ, ſed aliquid aſſẽſionis habet. eſt n*[…] *quam, Non nimis, Non valde.* Nec faciam.] *Be*[…]

Nec faciam, multa enim etiam inhoneſta amore ſuſci-
r. Etſi me amor grauiter, conſuetudoque te-
] *Hoc cum gemitu. Etſi non eſt complexiuum, neque*
ſitiuum, ſed ſubiunctiuum, id eſt, pro tametſi. Amor
rauiter conſuetudoque.] *Quæ duæ res contra ho-*
m & vtile validiſſimæ. Et bene tenet, non tenuit.
umo, quæ poſthac futura eſt vita.] *Bene pro-*
r in affectum eſt, vt veriſimile fiat potuiſſe reticere.
rumo non pendet à ſuperiori, ſed interpoſitis diu fle-
dixit. Lacrumo, quæ poſthac.] *Quæ modo vim*
minis non tenet: ſed querelæ. Et Lacrumo ſic dixit, vt
l. Sic effata ſinum lacrumis impleuit obortis. Et eſt
, Lacrumo, cum in mentem venit. O fortuna.] *Hic*
nam pro bona poſuit. Vt nunquam perpetuo es
.] *Legitur & Data. nam & ſic pro bona intelligitur*
irio. Idem nunc operam huic dabo.] *Si idem,*
eidem, hoc eſt amori. Operam dabo.] *Difficulta-*
i oſtendit, dicendo, operam dabo. Adeſt Parmeno
pueris.] *Quia idem Parmeno eſt ſecretorum con-*
addidit cum pueris. Minime eſt opus.] *Id eſt, o-*
non eſt opus. Aliquo mihi eſt hinc ablegandus,
parit Philumena.] *In tota comœdia non ceſſabit,*
t piger: nec reſciſcet aliquid, cum ſit curioſus Par-
Dum parit Philumena.] *Dum aliàs dummodo:*
donec: nunc, quandiu.

ACTVS III. SCENA IV.

PARMENO. SOSIA. PAMPHILVS.

tu, tibi hoc incommodum euenisſe iter? — Senarij & vnus quad.
.Non hercle Parmeno verbis dici poteſt
am, quantum re ipſa nauigare incommo-
m eſt.
Itáne eſt? so. ô fortunate, neſcis quid mali
rieris, qui nunquam es ingreſſus mare:
aliàs vt * omittam miſerias, vnam hanc vide: — al. mittam.
triginta aut plus eo in naui fui,
interea ſemper mortem expectabam miſer:
que aduorſa tempeſtate vſi ſumus.

PARM.

PARM. Odioſum. SO. haud clam me eſt: dea
hercle aufugerim
Potius, quàm redeam, ſi eo mihi redeundum ſi
PAR. Olim quidem te cauſſæ impellebant leue
Quod nunc minitare facere, vt faceres Soſia.
Sed Pamphilum ipſum video ſtare ante oſtium
Ite intro: ego hunc adibo, ſi quid me velit.
Here etiam tu hic ſtas? PAM. equidem te exp
PAR. quid eſt?
PAM. In arcem tranſcurſo opus eſt. PAR. cui h
ni? PAM. tibi.
PAR. In arcem? quid eo? PAM. Callidemiden
ſpitem
Myconium, qui mecum vnà aduectus eſt, conu
PAR. Perij: vouiſſe hunc dicam, ſi ſaluos domu
Rediſſet vnquam, vt me ambulando rumperet.
PAM. Quid ceſſas? PAR. quid vis dicam? an co
niam modo?
PAM. Imò, quod conſtitui me hodie conu
rum eum,
Non poſſe, ne me fruſtra illic expectet. vola.
PAR. At non noui hominis faciem. PAM. at fa
vt noueris.
Magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, cæſius.
PAR. Cadaueroſa facies: dij illum perduint.
Quod ſi non veniet? maneámne vſq; ad veſpe
PAM. Maneto: curre. PAR. non queo, ita
ſus ſum.
PAM. Ille abiit: quid agam infelix? prorſus neſ
Quo pacto hoc celem, quod memorauit Myr
Suæ gnatæ partum: nam me miſeret mulieris.
Quod potero, faciam: tamen vt pietatem cola
Nam me parenti potius quàm amori obſequi
Oportet. at at, eccum Phidippum, & patrem
Video: horſum pergunt: quid dicam hiſce, i
tus ſum.

AIn' tu tibi hoc incommodum eueniſſe iter?
ratio eſt currentis ad argumenta: alia actiuum c
rum, ſed perfecti poetæ eſt, ita ſeruire argumento, vt
ſp

tor nouis delectationibus teneatur. Nam in hac ſce- nec perueniat ad Pamphilum Parmeno, hoc δραματ- tur, cum hoc oſtenditur quid mali ſit nauigatio. u?] *Pro aiſne tu? Et ſic iam aliquid dixiſſe magni in 'enti oratione ex reſpondentis ſermone demonſtratur.* u?] *In hac ſcena naſcitur oratio: aut in ſcenam de-* . Tantum, quàm re ipſa nauigare incommo- ſt.] *ἀναγκαῖον quartum. non enim intulit quan- vt Vergilius, Sed quanto ille magis formas ſe vertit es: Tanto nate magis contende tenacia vincla.* O late, neſcis quid mali præterieris.] *Bene maiori , dicens ô fortunate, quam ſi reſponderet, Ita.* Qui am es ingreſſus mare.] *Proprie dixit ingreſſus. i iam nauigauit, egreſſus dicitur, ſic Vergilius, E- ptata potiuntur Troës arena.* Nam alias vt omit- iſerias.] *παράλειψις oratoria. Et miſerias, naui- is ſcilicet.* Dies triginta.] *Accuſatiuus caſus ple- umerum & continuationem rei ſignificat.* Dies a aut plus eo in naui fui.] *Hoc exitioſum, vel ſine o videri poteſt. Sed vide quid addat.* Aut plus eo i.] *Abſolute, vt alibi, Annos ſexaginta natus es, eo, vt coniicio.* Semper mortem expectabam] *Dura eſt expectatio mali. Verg. Incluſi pœnam ex- t.* Semper mortem expectabam.] *Id eſt, horis o- s, cum continuatione triginta dierum.* Ita vſque.] *vel diu, vel valde.* Odioſum.] *Eſſe ſcilicet in mari a dies, & nomen pro aduerbio poſuit, odioſum pro* Haud clam me eſt.] *λιτότης, pro Ego maxime in- quàm odioſum ſit. Nam qui iungunt, & ſic legunt, & non intelligunt.* Aufugerim.] *Coniunctiuum n poſuit pro indicatiuo futuro: vel, vt alij dicunt, tiuo.* Aufugerim.] *Sic veteres, quod nos fugerim.* quidem te cauſæ impellebant leues.] *Mire in fugitiuum, qui ob vitium huiuſmodi, non ob cau- giat, & bene leues dixit, hæc enim non eſt leuis.* nunc minitare facere.] *Vt ſit ordo, Olim qui- cauſæ impellebant leues Soſia, vt faceres quod nunc ris facere hac occaſione. Artificioſe, & in Andr. ſic iſanti periurium ſeruo Myſis, Noua nunc religio in ſit?* Facere.] *Vt faceres. Comicum eſt, & Terentia- num.*

num. Sed Pamphilum ipſum video.] *Ipſum à qui ſum ſum, vel dominum, vt Græci dicunt* αὐτὸν. Ego adibo.] *Vel noua curioſitate ait Parmeno.* Equid expecto.] *Bene excepit Pamphilus Parmenonem, deatur vera dicturus.* Equidem te expecto.] *Ap Pamphilum Parmenonis abſentiam deſiderare: eò nunc prior Parmenonem alloquitur.* In arcem tran ſo opus eſt.] *Oſtendit quam longe ſit, cùm in arce cat. Et bene in arcem, quam Minerua condidit.* T curſo.] *Pro tranſcurrere.* Cui homini?] *Hæc verb ſua pronunciatione vim recuſationis in ſe continent.* homini.] *Cum recuſatione pronunciandum, & eſt reſponſio; laborem ad alium transferentis.* In arc *Pronunciat, vt oſtendat quam longum ſit in arcem currere.* Qui mecum vnà aduectus eſt.] *Appar cum eo aliquid negotij habere, cum dicit, Qui mecu eſt aduectus:* Vouiſſe hunc dicam, ſi ſaluus do rediſſet nunquam.] *Facete dixit. More enim hoc rum qui longis itinerib. maris periclitati, vouent a ſi peruenerint. & conuenit hoc Pamphilo, quem ſup le nauigaſſe audierat.* Quid vis dicam? an conu modo?] *Non enim mandauerat quicquam, qui ſin ſa mittebat, oblitus bene diſſimulare, vt qui mētiun ſic pronunciandum, An conueniam modo? vt rep dere dominum Parmeno videatur.* Imò quod co me hodie.] *Deeſt dic. & ſumitur à ſuperiori ſe qua dixit, Quid vis dicam? an conueniam modo? ẽg dixit. Nam non hoc interrogantis ſimpliciter.* Imò conſtitui me hodie.] *Apparet eum hanc conqu & vix corraſam inueniſſe cauſam.* Vola.] ἀδικῇ ἐν λῇ *vſus eſt. Ita curras vt volare magis quàm curr dearis. Et antea tranſcurrere iuſſerat: nunc adiecit rio. nam non curre, ſed vola.* At non noui homi ciem.] *Moralis expreſſio pigritiæ in tot excuſationi ſita eſt.* At faciam vt noueris.] *Stomachoſe pronu dum At, quod & Pamphilus repetit dicens, At fac noueris.* Magnus, rubicundus, criſpus, cæſius ſus.] *Properatio.* συναθροισμός. *Et aceruo ſine con no vſus eſt.* Magnus, rubicundus.] *Imperite Ter de Myconio criſpum dixiſſe aiunt: cum Apollodor*

u.

dixerit, quod proprium Myconis eſt, vt Lucilius, Mymnis calua iuuentus. Vnde etiam prouerbium Græ- μυκώνι@ φαλακρ@. Sed ego Terentium puto ſcien- icetius Myconium criſpum dixiſſe. Cæſius.] Glaucis ,quaſi felis oculos habens & glaucos. Cadaucroſa s.] Subliuida, ac perſona rubore & liuore. Rubicun- im & craſſam faciem ſæpe habent, quod eſt pro- i cadaueris. Poteſt & pulpoſa intelligi, & craſſa: cadaueroſa. Caro enim dicta eſt eo quod carcat ani- caro proprie dicitur mortuorum. Vergilius, Et cor- uce carentum. Vnde carnifices dicti, quod carnes ex ie faciant. Pulpa vero, proprie ea quæ manduca- o quod pulſetur, & conſcindatur. Poteſt & r pro d vt caro ſit dicta quaſi cado: vt Vergilius, Belloquè e. Dardanidæ. quod iam ſcilicet ſine anima ſit, & ca-)ij illum perduint.] More pigrorum male optat eî r quẽ mittitur. Quid ſi non veniet?] Omnia dicit, Maneto: curre.] Etiam Pamphilus tanquam de ria perſeuerat. Non queo, ita defeſſus ſum.] Hoc u. & ſpectaculo plus eſt. nã in ſenſu & autor expri- ſitudinem. Ille abiit.] Quaſi dicat, licet iã loqui. Ille] Quaſi cum difficultate completam rem oſtendit hoc Suæ gnatæ partum.] ἐπεξήγησις. Quod potero n.] i. celabo quãtum potero. An quaſi proiiciens cu- feſſus angore dixit, Quod potero faciã, i. ſi potero, amori. Et rurſus tanquam pietatis admonitus, adie- eptionem: Tamen vt pietatem colam.] Seruat e- i illo amorem poeta: cuius non pœnitebit, re cogni- errore ſublato. Quod potero, faciam.] Id eſt, a- obſequar. nam miſericordia mulieris de amore de- :. Quod potero faciam.] Apparet hoc dictum us eſſe, non virtutis. Tamen vt pietatem colam.] latus eſt læſam matrem eſſe ab vxore: hoc enim cre- & ideo ſe ad exceptionem reuocauit: Ita ſe amori oportere, vt non obliuiſcatur omnino pietatis. Et n eam cauſam contulit neceſſitatem non reducendæ , quæ inuenietur nulla eſſe. Sunt tamen qui ma- eadem ſententia, totum hoc iungunt, Quod pote- iam, tamen vt pietatem colam: hoc eſt, in quan- tero, dabo operam, aduerſus amorem, vt omiſſo eo, pietatem

pietatem colam, & ſubiungitur cauſa. Tamen vt p[ietatem] colam] *Deeſt Ita, vt ſit Tamen pro Duntaxat Ita vt pietatem colam. Dixerat enim, Quod potero, & addidit exceptionem, Tamen vt pietatem colam:* *Non ſum oblitus & matris.* Tamen.] *Pro Ita* Nam me parenti potius quàm amori obſequi *mori, ſcilicet vxoris, quia dixit, Quod potero fa[ciam], hoc eſt quod dixerat, quod potero faciam.* Atat.] *I[nter]ectio eſt conterriti & conturbati.* Horſum pergunt *do pergunt, pro eunt; aliàs perſeuerant.*

ACTVS III. SCENA V

Trochaici octonarij catalectici, & Senar[ij] Iambici.

LACHES. PHIDIPPVS. PAMPHILVS.

DIxtíne dudum dixiſſe illam ſe expectare fili[um]
PHI. Factum. LAC. veniſſe aiunt: redeat
quam cauſam dicam patri,
Quamobrem non reducam, neſcio. LAC. que
hic audiui loqui?
PAM. Certum obfirmare eſt viam me, quam
ui perſequi.
LA. Ipſus eſt, de quo hoc agebam tecum. PAM
mi pater.
LAC. Gnate mi ſalue. PH. bene factum, te adu
Pamphile,
Atque adeo, quod maxumum eſt, ſaluum
validum. PAM creditur.
LAC. Aduenis modo? PAM. admodum. LAC
quid reliquit Phania
Conſobrinus noſter? PAM. ſane hercle homo
ptati obſequens
Fuit dum vixit: & qui ſic ſunt, haud multum
dem adiuuant.
Sibi vero hanc laudem reliquit: vixit, du
xit bene.
LAC. Tum tu igitur nihil attuliſti huc plus vn
tentia?

uicquid eſt, id quod reliquit, profuit. LA. imò
fuit.
illum viuum, & ſaluum vellem. PH. impune o-
ire illuc licet.
uiuiſcet iam nunquam : & tamen vtrum ma-
ſcio.
i Philumenam ad ſe accerſi hic iuſſit : dic iuſ-
te.
oli fodere ; iuſſi. LAC. ſed iam eam remittet.
ſcilicet.
nnem rem ſcio, vt ſit geſta: aduenieus audiui
nia.
iſtos inuidos di perdant, qui hæc libenter
ciant.
go ſcio me cauiſſe, ne vlla meritò cõtumelia
vobis poſſet: idq; ſi nũc memorare hic velim,
fideli animo, & benigno in illam, & cle-
ti fui,
oſſim: ni te ex ipſa id magis velim reſciſcere:
ue eo pacto maxume apud tẽ meo erit inge-
ĩdes,
la, quæ in me nunc iniqua eſt, æqua de me
rit,
culpa hoc eueniſſe diſſidium mea ; ita te-
leos.
ındo eſſe ſeſe indignam deputat matri meæ,
ıcedat, cuiuſq; mores toleret ſua modeſtia;
alio pacto componi poteſt inter eas gratia;
ında aut mater eſt à me Phidippe, aut Phi-
na,
ıe pietas matris potius commodum ſuadet
Pamphile ad aures haud inuito ſermo mihi
ſit tuus,
poſtputaſſe omnes res præ parẽte intelligo,
vide, ne impulſus ira praue inſiſtas Pãphile,
Quibus iris impulſus nunc in illam ini- Senarij.
ſim?
nquam quicquam erga me commerita eſt

Quod nollem:& ſæpe,quod vellem:meritam
Amoq; & laudo,& vehementer deſidero.
Nam fuiſſe erga me miro ingenio,expertus ſu
Illiq; exopto,vt reliquam vitam exigat
Cum eo viro,me qui ſit fortunatior.
Quandoquidem illam à me diſtrahit neceſſita
PH. Tibi id in manu eſt,ne fiat. LA. ſi ſanus fie
Iube illam redire. PAM. non eſt conſilium pat
Matris ſeruibo commodis. LA. quo abis?man
Mane inquam,quo abis? PH. quę hæc eſt perti
LA. Dixin' Phidippe hanc rem ægre laturum
Quamobrem te orabam,vt filiam remitteres.
PH. Non credidi ædepol adeo inhumanum fo
Ita nunc is ſibi me ſupplicaturum putat?
Si eſt,vt velit reducere vxorem,licet.
Si alio eſt animo,renumeret dotem huc,eat.
LA. Ecce autem tu quoq; proterue iracundus
PH. Percontumax rediſti huc nobis Pamphil
LA. Decedet iam ira hæc,etſi merito iratus eſt
PH. Quia paululum vobis acceſſit pecuniæ,
Sublati animi ſunt. LA. etiam mecum litigas?
PH. Deliberet,renuncietque hodie mihi,
Velítne, an non.vt alij, ſi huic non ſit,ſiet.
LA. Phidippe ades,audi paucis:abijt: quid m
Poſtremo inter ſe tranſigant ipſi vt lubet:
Quando nec gnatus,neque hic mihi quicqu
temperant,
Quæ dico paruipendunt porto hoc iurgium
Ad vxorem:cuius fiunt hæc conſilio omnia
Atque in eam hoc omne , quod mihi ægre
uomam.

DIxtíne dudum dixiſſe illã ſe expectare fili *cete principium eſt interrogantis ita, vt ſciat reſponſurus ſit quem interrogat. Illaturus eſt en mentum per* ἐπαγωγήν. Dixtíne dudum.] *Quia ſanctè adiurat non poſſe Pamphilo ſe abſente pe* Dixtíne dudum.] *Captioſa interrogatione cœp yus,Veniſſe autẽ,redeat.* Factum.] *Id eſt,dixiſſe me. & deeſt Eſt, vt ſit, Factum eſt.* Quamob reducam neſcio.] *Habet cauſam:ſed non vult*

præterea non vult cum inuidia matris ſuæ loqui : ſi
im conferat. vt vxorem non reducat domum. Quem
ic audiui loqui?] Vt ſolet, primo perſonas inducit
loquentes, deinde ipſas conuenire inuicem. vt alibi,
hic loquitur? Myſi ſalue. Certum obfirmare eſt
me.] Aduerſus omnia obſtinate agere: id eſt, contra
.Obfirmare viam me, quam decreui.] Id eſt, vt
potius quam amori morem gerat. Atque adeo
maximum eſt, ſaluum atque validum.] Ordo
imum adueniſſe, deinde ſaluum, poſtremo validum.
m atque validum.] αὔξησις ad ſalutem. Validus
e, robuſtus, & habitior corpore. Creditur.] Minus
reſpondet, de repudio vocaturus. Quod maxi-
eſt.] Legitur &, quod maxime eſt. Aduenis mo-
difficile inuenitur præſentis temporis. Modo.] At
oſtendat eſſe momentum etiam præſentis temporis,
Admodum, quod eſt minus. Aduenis modo?]
Vigilásne deûm gens AEnea? vigila. Admodum.]
tio cur adhuc non viderit patrem. Cedo quid
it Phania conſobrinus noſter?] Vtrum ia-
Laches de hæreditate loquitur præſente ſocero, vt
upidiorem faciat ad remittendam filiam? Et ſit
c, vt ex alio principio peruenire queamus ad
volumus dicere. An ideo, vt ſciat rem, &
r ſuas, cupidiorem ſocerum redditurus? Con-
us noſter.] Quaſi ſororinus. Sobrini ſunt ex
ſororibus: Conſobrini, ex fratre & ſorore. †
inquitatis frequentiæ Terentius monet: aut ha-
k Conſobrinus noſter.] Cum de fratre natus
, & alter ex ſorore, conſobrini: cum ex fra-
patrueles dicuntur. Sane hercle homo vo-
obſequens fuit.] Sane, ſatis, valide. nam qui
r validus eſt. Voluptati obſequens fuit.] Con-
t Pamphilus: diſiungi enim volens, nihil dicit, vel
elictum. Haud multum hæredem adiuuant.]
nſulunt hæredi. Sibi vero hanc laudē reliquit:
m vixit, bene.] Bene & facete, nihil hæredi relin-
ſibi vero relinquunt. Vixit, dum vixit, bene.]
nū Vixit aliud ſignificat: & alterum Vixit, aliud.
dum vixit, bene.] Sententia eſt hortantis ad

† al. & propinquitate Terentius frequentata monetur vt hæredum.

delicate viuendum. Vixit, dum vixit, bene.] *Hoc e ſcilicet reliquit.* Vna ſententia?] *Expreſſit animum a ſenis.* Quicquid eſt id quod reliquit, profuit.] *Q quid, & ad prauitatem refertur, vt, At enim id mihi eſt, quod eſt de me opinionis: quicquid eſt.* Quicqui id quod reliquit.] *Nullum in hoc ſene fuit doloris cium ante, quam ſciret aliquid relictum.* Profuit.] *I pro nobis fuit: ac per hoc noſtrũ eſt: poteſt enim ipſe pro ſe: poteſt res eius.* Imo obfuit.] *Morem eorum expr quibus relinquitur, qui cum audierint ſibi aliqui relictum, tunc triſtes ſe fingunt.* Nam illum viuun ſaluũ vellẽ.] *Non idem viuum, quod ſaluum.* Imp optare iſtuc licet.] *Bene impune, quia hæredi pœ mortuos reuiuiſcere. An ſine detrimento optas: vt cũ n cus dicit de iam mortuo, Ego ſi illũ curarẽ, viueret.* In ne optare.] *Si optata euenirẽt nunquã inquit optar ille reuiuiſceret.* Ille reuiuiſcet iã nunquã.] *Mire his verbis Phidippum quoq; ſubinuidere indicat. Pl nunquã quã non.* Et tamen vtrũ malis ſcio.] *Mo illum magis quã vt reuiuiſcat denuo.* Et tamen v malis ſcio.] *Quid malis de duobus, ſcio: vtrũ illũ m permanere, an reuiuiſcere.* Heri Philumenam.] *Hoc quò omnis tendebat oratio.* Ad ſe accerſi iuſſit.] *Be accerſi & iuſſit: vt nihil vxor ſua ſponte fecerit.* Heri lumenam accerſi ad ſe hic iuſſit.] *Et Heri, & iuſ ne: vt breue tempus ſit, & coacta videatur exiſſe. abduci, ſed accerſi: nec à nobis, ſed à ſe.* Omnem rem vt ſit geſta.] *Vergilius, Troianas vt opes & lamen regnum, &c.* At iſtos inuidos di perdant.] *Bene dos, qui matrimonio inuideant. ergo reuocanda vxor adeo non puduit mendacij honeſti deprehenſum ſene inuidos faceret, qui vera prodiderant.* Ego ſcio m uiſſe.] *Principium à tempore, à dictis, factiſque, tan quam aduerſariorum: & ab anteacta vita & præſen* go ſcio me cauiſſe, ne vlla merito contumelia. *re addidit Merito, non enim cauere inquit ne fieret tui. Igitur ne merito fieret: quod in me fuit.* Idq; ſi n *Ab anteacta vita.* Et clementi fui.] *Pro fuerim, i tiuum pro coniunctiuo poſuit.* Ni te ex ipſa id n velim reſciſcere.] *παραληψις.* Namque eo pacto

xin

e apud te meo erit ingenio fides.] *Bene, nō dictis,*
ige io. Cū illa, quæ nunc in me iniqua eſt, æqua.]
ua æqua, παρονομασίαι *ſunt Terētianæ. Et bonum ar-*
entum. nam & Vergilius, Ipſe hoſtis Teucros inſigni
e ferebat, inquit, & Cicero, Te ipſo teſte iniquo atque
obo, verum ad hanc rem ſatis idoneo: te inquam teſte,
n. In me iniqua eſt, æqua de me dixerit.] *Quia*
rſarij teſtimonium, ſi contra ſe dicat, tam graue eſt,
i vel boni viri. Neque culpa hoc eueniſſe diſſi-
i mea.] *Non ergo quid fiat: verum per quos fiat,*
endum eſt. Et nimis abrupte dixit eueniſſe, non eue-
Hoc eueniſſe diſſidium.] *Ad confirmationem non*
re, ſed eueniſſe dixit. Sed quando ſeſe indignam.]
: profert, vt eam oſtendat cauſſam eſſe diſſidij: & hoc
ntat, vtrum dotem retinere poſſit. Et ideo ſupra, Ne-
ea culpa hoc diſſidium eueniſſe, id teſtor deos, inquit.
tat matri meæ cui concedat.] *Fortaſſe ergo indi-*
& recte deputat: mihi tamen mater colenda eſt, hoc
Deputat matri meæ cui concedat.] ἐν ὑποκρίσει
meæ: vt idonea ſit cauſa repudij. Cuiuſque mores
t.] *Hoc melius quam obſequatur, aut inſeruiat.*
s toleret.] *Bene mores, vt aniculæ: notat enim pra-*
m, vnde ſenes moroſi appellantur. Horatius, Donec
i canicies abeſt Moroſa. Mores toleret ſua mode-
) temperamentum! mores potius, quam iniurias di-
Neque alio pacto componi poteſt.] *Niſi vt con-*
natri, toleretque mores eius. Segreganda aut ma-
à me Phidippe.] *Bene, tanquam ex deliberatione*
quod facturus eſt. Et mollius ſegreganda quam
enda. Nunc me pietas matris potius commo-
uadet ſequi.] *Quam mollibus verbis repudium*
tum eſt à Pamphilo. Ad aures haud inuito.] *O-*
lictum, haud inuito. non enim in totum volenti:
de diſſidio: ſed tamen quia pie locutus eſt, medio-
pprobauit. Pamphile, haud inuito.] *Grauis o-*
tà nomine incepta. Vergil. O præſtans animi iu-
& eſt figura λιπότης. *Sic Verg. Poſthabiti tamen il-*
nea ſeria ludo. Haud inuito, ſermo mihi acceſ-
.] Senili loquacitate, pro, Recte locutus es. Omnes
lus dixit, quam ſi vxorem diceret. Præ parente

intelligo.] *Bene parente: quod nomen commune &*
patre eſt, & cum omnibus quos hæc neceſſitudo coniu
melius ergo, quam ſi diceret, Matrem. Verum vi
impulſus ira praue inſiſtas Pamphile.] *Leniter &*
denter Ira. Non ergo iudicio Inſiſtas Pamphile.] *N*
nim incipere, ſed inſiſtere hic, malum eſt. Quibus iri
pulſus.] *Non dixit, qua ira, ne ſuperbe loqueretu*
quibus iris, vt hoc ipſum per εἰρωνείαν derideret. qu
ter dixit, Impulſus ira. An iris matris aut meæ vxo
meæ? an omnium trium? Quibus iris impulſus.]
non vult iram eſſe, ne peccaſſe videatur vxor ſic enim
ſi nec ipſa peccauerit. Quibus iris.] *Ille iram ſingul*
dixit, hic, Irás pluraliter, ne videatur vnius iræ
mittere vxorem. Quæ nunquam quicquam erg
commerita eſt pater.] *Aduerte, proprietatem ex*
commerendi & merendi. Et ſæpe, quod vellem n
ſcio.] *Mereri bona dicimus: Commereri mala; id eſt,*
quere, peccare. Ergo hic meritam, pro præſtitiſſe dixit
Ego te quæ plurima fando Enumerare vales, nunq
gina negabo Promeritam. Amoq; & laudo.] *Non*
qui amantur, & laudantur: nec qui laudantu
iam continuo deſiderantur. Multa ergo dixit: A
& laudo & vehementer deſidero. Et vide, amo
pulſus nimius hic eſt circa vxorem: & quaſi
ſuæ matris & vitiatæ, loquitur: ſed tali opus e
philo ad eiuſmodi argumentum, donec peruer
καταστροφήν. in qua vxorem reduci neceſſe eſt. Erg
Hoc totum repudiaturus inaniter diceret, niſi
tum fabulæ poeta reſpiciens, reducturi anim
Pamphilo reſeruaret. Et nota reſeruaret. Et not
diutem eam quam laudat, pietate ſola comp
Nam fuiſſe ergà me.] *Quantum valet quod f*
xit: & non eſſe: quaſi re tranſacta. Vt reliquam
exigat.] *Satis flebiliter dixit, reliquam exigat.*
Omnes vt tecum, meritis pro talibus, annos
Cum eo viro.] *Non inuidere, iam non eſt*
Quandoquidem illam à me diſtrahit neceſſit
mnis concluſio verborum Pamphili repudij confirm
continet: plus tamen ſententia ſignificante, quam
Quandoquidem illam à me diſtrahit nece

ſatio in neceſſitate, quæ eſt inexorabilis. Et neceſſitas, ſcilicet, quam neceſſitatem domi offendit: quod ex ſcilicet peperit Sed modo vult neceſſitatem, matris vi- racundiam, quæ à nuru ita offenſa ſit. Tibi id in u eſt, ne fiat.] *Hoc oppoſuit, quod minime vult Pam- t videri, & quod prodeſt ſocero.* Si ſanus ſies iube redire.] *Pro, ſi ſanus es. nam aliter, Iubeas dicere t.* Si ſanus ſies.] *Bene pater ſupra iram dixit, nunc am, g. ſignificat ineſſe Pamphilo.* Si ſanus ſies.] *Non ulpæ eſt, cui vt redeat iubere poteſt.* Non eſt con- ı.] *Durius erat, Nolo reducere. ergo hoc lenius di-* Matris ſeruibo commodis.] *Hoc verbo neceſſita- qua cogatur, oſtendit.* Quo abis?] *Factum Pam- x patris verbis oſtenditur, quod diſceſſit. & bene: lterius præſente patre reſiſtere durum fuit.* Mane, ım quo abis?] *Bene quo abis, quia patrem deſeris orem.* Quæ hæc eſt pertinacia?] *Sicut decuit ſoce- & ſubindignatur, quia coram ſibi fit contumelia.* e Phidippe.] *Artificioſe Laches, vt minus miretur, ius indignetur ſocer, iraſci Pamphilum dicit: quan- prædictum eſt, & ſic oportuit.* Dixine Phidippe rem ægre laturum eſſe eum?] *Renouauit verba dem perſona. nam ita dixerat, Neque adeo me clam uam eſſe eum grauiter laturum credam, Hoc ſi re- it.* Quamobrem te orabam vt filiam remitte- *Inuidioſe aduerſum Phidippum, tanquam in illo ſit e purgat, & non accuſat Pamphilum.* Adeo inhu- ım fore.] *Bene quaſi iratus, inhumanum eſſe, in-* Non credidi ædepol adeo.] *Potuit enim dicere, redidi inhumanum fore: ſed acerbe addidit Adeo.* Ita is ſibi me.] *Sibi & me, magno pondere legendum umque pronomen: vt, cantando tu illum? Id eſt, ge- ocerum, vel Pamphilo Phidippum, vel ſi quid tale eris.* Supplicaturum.] *Parum eſt ſatisfacturum, caturum addidit.* Sin alio eſt animo, renumeret n huc, eat.] *Hoc recte ſocer. non tam vt dotem reci- uam vt terreat, hoc dicit. Et renumeret proprie: quia cunia eſt. Et hic ἰδιωτισμὸς iraſcentis eſt, & exigentis um. Eat verò mire dictum, quaſi ipſe proiiciatur, qui ur ire. & ſimul in hoc verbo quaſi renunciatio chari-*

ſatis eſt. Renumeret dotem huc, eat.] *Terrorem tendæ dotis oſtendit, cum dicit, Renumeret dotem: cum iniuria, Huc, & iracunde, Eat.* Ecce autem tu que proterue iracundus es.] *Addendo Quoque, nihil aſſenſus eſt: quaſi dicat, quomodo Pamphilus.* terue iracundus es.] *Proterue, immoderate, & ſup dictum eſt ideo, quod proterat alium qui proteruu Nam proteruus eſt, qui dum alius obuius eſt, pro quod faciunt & tauri in appetitu coitus fœminaru quas calent.* Percontumax rediſti.] *Proprie conti dicitur contemptor potiorum.* Percontumax rediſt nobis.] *Magnæ indignationis eſt, abſentes alloqui, v bi, O Aeſchine, pol haud paternum iſtuc dediſti.* N Pamphile.] *Nobis τῷ ἀττικισμῷ. nam aut abunda ſignificatu adiuuat pronunciationem.* Decidet iam *Quaſi in ira ſit culpa, non deponetur ira, inquit, ſed det.* Quia paululum vobis acceſſit pecuniæ.] *quaſi dicat. quia habetis vnde dotem reddatis, aut, nullam cauſam habeatis repudij, ſed ditiorem qua coniunctionem.* Quia paululum vobis acceſſit p niæ, ſublati ſunt animi.] *Et non maior eſt factus philus. ſimul maiore ſtomacho, quod cum labore cel aperte oſtendit.* Sublati animi.] *Pro elati, Sublati Et hoc proprie ferarum eſt. vt, Attollitq́; animos: rum qualis in aruis Saucius ille graui venantum vu pectus, Tum demum mouet arma leo, &c. Nam beſti animi qualitate vel erigunt corpora, vel deponunt, a cero.* Etiam mecum litigas?] *Belle, & illum ex in iracundiorem & hoc ad ſe dicentem, quod propter philum dicebat, effecit.* Etiam mecum litigas?] *Inu quaſi iam cum Pamphilo litigauerit.* Deliberet, re tietq́; hodie.] *Ferocius quam ſocerum deceret: att mature, quod Deliberet dixit.* Vt alij, ſi huic nō ſit, *Magna fiducia conditionem filiæ aſſerit: quoniam Pamphilus nolit, paratum alterum dicit eſſe.* Si huic ſit.] *Subauditur vxor. Sed dura dictu reticuit vt deb* Phidippe ades.] *Nomine appellat: quod facere ſole iratos mitigare conātes.* Poſtremo inter ſe tranſiga *Non enim hæc voſtra ſunt, quib. intereſſe delectet.* Q do nec gnatus, neque hic.] *Inuidioſe, gnatus: & obte*

erant. & hic non familiariter dictum, ſed quaſi ab Quæ dico paruipendunt.] *Quia obtemperamus acitæ voluntati.* Porro hoc iurgium ad vxorem, &c.] *Bene rurſus in errorem reditur: ne quæ vera ntra fabulæ propoſitum cognoſcantur.* Porro hoc m.] *Porro quaſi aliquid magnum.* Cuius hæc onſilio omnia.] *Non tranſacta obiiciuntur v- d quæ nunc aguntur.* Conſilio.] *Vtrum diſpo- ? an ἀgωνεία eſt in male conſulentem?* Atque in oc omne quod mihi ægre eſt.] *Non quod ira d quod mihi ægre eſt, dixit.* Euomam.] *Bene, ritudinem ſolet vomitus releuare: ſic Cicero in Ca- dicit, Quæ quidem l.m.u.q.t.p.e.f.q.p.*

ACTVS IV. SCENA I.

rochaici & Iambici octonarij catalectici & acatalectici mixti.

MYRRHINA. PHIDIPPVS.

quid agam? quò me vortam? quid meo viro ſpondebo
? nam audiſſe vocem pueri viſus eſt vagiẽtis:
ipuit derepente tacitus ſeſe ad filiam:
i reſciuerit peperiſſe eam, id qua cauſa clam abuiſſe
, non ædepol ſcio. Iamb. dim.
ium concrepuit: credo ipſum ad me exire: Troch. cat.
ı ſum.
or vbi me ad filiam ire ſenſit, ſe duxit foras. Iamb. cat.
eccam video: quid ais Myrrhina? heus tibi di-
ı Y. mihíne mi vir?
r ego tuus ſum? tu virum me, aut hominem
ıtas adeo eſſe?
vtrumuis horum, mulier, vnquam tibi vi- Troch. catal.
orem,
ludibrio tuis factis habitus eſſem. MY. Qui- Iamb. cat.
PH. at rogitas?
filia. hem, taces? ex quo? MY. iſtuc patrem ro-
eſt æquum?

Perij:ex quo cenſes,niſi ex illo, cui data eſt nup
obſecro?

Acatalectici. Aca. Troch. PH. Credo,neque adeò arbitrari patris eſt alit
demiror

Iamb.catal. Quid ſit quamobrem tantopere hunc omne
celare volueris

Partum:præſertim cùm & rectè,& tempore ſu
pererit.

Troch. catal. Adeon' peruicaci eſſe animo, vt puerum præ
res perire,

Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam
hac ſcires

Potius, quàm aduerſus animi tui libidinem
cum illo nupta?

Ego etiam illorum eſſe hanc culpam credidi,q
eſt penes.

MY. Miſera ſum. PH. vtinam ſciam ita eſſe iſtu
nunc mihi in mentem venit,

Ex hac re quod locuta es olim, cum illum ger
cepimus.

Nam negabas nuptam filiam tuam poſſe te p
Cũ eo,qui meretricẽ amaret, qui pernoctare

MY. Quamuis cauſam hunc ſuſpicari, quàm
veram,malo.

PH. Multo prius ſciui,quàm tu,illum amicam
re Myrrhina: (ſe

Verum id vitium nunquam decreui eſſe ego :
Nam id omnibus innatum eſt: at pol iam ad
quoque cum oderit.

Sed vt olim te oſtendiſti eandem eſſe, nihil c
ſti vſque adhuc,

Vt filiam ab eo abduceres: neu quod ego eg
eſſet ratum.

Id nunc res indicium hæc facit, quo pacto ſ
volueris.

Troch. octo. catalect. MY. Adeóne me eſſe peruicacem cenſes, cui
Vt eo eſſem animo, ſi ex vſu eſſet noſtro hc
trimonium?

PH. Túne proſpicere aut iudicare noſtram
quod ſit, potes?

:i ex aliquo fortaſſe,qui vidiſſe eum diceret
tem, aut introeuntem ad amicam, quid tum
ſtea;
deſtè ac raro hoc facit? nonne ea diſſimula-
ios
humanum eſt, quàm dare operam id ſcire,
nos oderit?
ijs poſſet ab ea ſeſe derepente auellere,
im tot conſueſſet annos, non eum hominem
erem,
rum ſatis firmum gnatæ. MY. mitte adoleſcen-
obſecro,
: me peccaſſe ais: abi, ſolum ſolus conueni.
velitne, an non, vxorem: ſi eſt, vt dicat vel-
:,
:ſin eſt autem vt nolit, rectè conſului meæ.
quidem ille ipſe non volt, & tu ſenſiſti eſſe in
Myrrhina
um: aderam, cuius conſilio ea par fuerat
ſpici.
obrem incendor ira, eſſe auſam facere hæc
ſſu meo:
ico, ne extuliſſe extra ædeis puerum vſquam
s, (ſtulem;
zo ſtultior, meis dictis parêre hanc qui po-
tro, atque edicam ſeruis, ne quoquam effer-
nant.
Iullam pol credo mulierem me miſeriorem Iamb. acat.
ere:
rt hic laturus hoc ſit, ſi ipſam rem vt ſiet, re-
erit,
:depol clam me eſt: cum hoc, quod leuius eſt,
animo iracundo tulit.
ua via ſententia eius mutari poſſit, ſcio.
nihi vnum ex plurimis miſeriis reliquum fue-
malum.
:rum vt tollam cogit, cuius nos qui ſit neſci-
s pater:
cum compreſſa eſt gnata, forma in tenebris
ſci non quita eſt,

Neque

Neque detractum ei tum quicquam eſt, qu
poſſit noſci qui ſiet:
Ipſe eripuit vi, in digito quem habuit, virgi
iens annulum. (di
Simul vereor Pamphilum, ne orata noſtra ne
Celare, cum ſciet alienum puerum tolli pro ſu

PErij, quid agam?] *Mirè in hac ſcena iterum* *ſenis atque anus: & tamen varie & alio modo, vt inter ſe diuerſos, & tamen notos, poſſimus agnoſcere.* quid agam?] *Hæc prologui oportet Myrrhinam, ius perſona reminiſcatur ſpectator geſtæ rei, ſimulq; ius perſonæ verbis, quid agat altera perſona, monſt Nam perſcrutari Phidippum vniuerſa conclauia, per totam domum, cognito partu filiæ ſuæ, apparet e ſentibus dictis.* Perij, quid agam?] *Singula ita pr ciat, vt perturbatam oſtendat.* Quid agam? Qu vertam?] *Figura* διαπόρησις, *apta turbatis.* Nam ſe vocem pueri viſus eſt vagientis.] *Vergilius, nuò auditæ voces, vagitus & ingens, Infantumque flentes in limine primo. Et eſt* ὀνοματοποιΐα. *nam v ſic eſt, vt quaſi vagitus ſæpius ſonet.* Pueri viſus gientis.] *Proprie dixit, vagientis, & infantium e ſus* eſt.] *Quomodo, Audire vocem viſa ſum modo* Ita corripuit derepente.] *Raptim intulit: Et de vna pars orationis eſt: vt defeſſus, aduerbiis enim p tiones ſeparatim non adduntur.* Derepente.] ὑφέ *ſi ſeparaueris, non eſt latinum derepente.* Quod ſi. *pro nam, aut itaque, ſed & nos in huiuſmodi ſignifi ſic dicimus.* Quod ſi reſciuerit.] *Scimus manifeſta mus occulta.* Id qua cauſa.] *Id, hoc ipſum, peperiſ* Non ædepol ſcio.] *Ideo quia vera cauſa dici non* Sed oſtium concrepuit.] *Plus eſt quàm crepui Con modo auctiuum eſt.* Ad me.] *Bene ad me, q tigaturum.* Vbi me ad filiam ire ſenſit.] *Hoc an & ſimul argumentum delicti eſt, quod exiit à fili rito ingreſſo mulier.* Vxor vbi me ad filiam.] *A tis eſt geſtus & dictum.* Se duxit foras.] *Ordo, du Et verbis vſus eſt intra domeſticos parietes, art* ἰδιωτισμῷ *ſe duxit pro abiit.* Atque eccam vi

A

; *mulierem fugere, & viri auerſari præſentiam:* *hoc ſeparatim pronunciandum.* Heus tibi dico.] *Myrrhinam auertentem ſe, quaſi nihil inueniat* *at de filia.* Mihíne mi vir?] *Sic & in Andr. Ni-* *ndes? cum turbatum ſe oſtendit Dauus.* Vir.] *italem conditionem retulit, non ad ſexum, vt Ver-* *col. Vir gregis ipſe caper.* Tu virum me.] *Accu-* *ncrepatione incipiens.* Aut hominem.] αὔξησις *. Adeo autem abundat Vergil. Tuque adeo quem* *æ ſint habitura deorum Concilia, incertum eſt.* vtrumuis horum.] *Vir aut homo.* Mulier vn- ibi viſus forem.] *Acerbe mulier: vt ſuprà, Tu* *mulier, quæ me omnino lapidem nō hominem pu-* bus.] *Callide mulier, & quaſi nullius culpæ con-* *bus dixit, & quibus factus ſcilicet.* At rogitas?] *ſcitur interroganti: nam interrogare quæ ſcias,* *tiæ eſt.* Hem taces?] *Non taces nunc: ſed taces,* : quo?] *Bene ex quo, quia argumentum impudi-* *puerperium taciturnum.* Peperit filia.] *Propoſi-* *nis.* Iſtuc patrem.] *Mira calliditas. Rea mulier* *efenditur quod accuſat.* Perii, ex quo cenſes.] *litum ad effectum, perii.* Obſecro iſtuc patrem eſt æquum?] *Ex ſua interrogatione accuſauit* *em.* Niſi ex illo cui data.] *A veriſimili argu-* Niſi ex illo cui data eſt nuptum.] *Solutio* *per fiduciam reſpondentis. Sall. Ita fiducia, quàm* *tis purgatior es.* Credo, neque adeo arbitra- *accuſatione maritus ad defenſionem ſui conuer-* *it quod cœperat.* Sed demiror quid ſit.] *Mol-* *us, iam non iraſcitur, ſed miratur. Adeo vides* *m nulla re alia, quàm mulieris correptione le-* Quamobrem tantopere.] *Alia intentio crimi-* nes nos celare volueris.] *Recte, quia putat &* *um eſſe celatum.* Præſertim cum & recte & e ſuo pepererit.] *Vide, duæ cauſæ ſunt celandi* *ſi non tempore ſuo venerit, quod indicium ſtupri* *ſi non recte euenerit, hoc eſt, monſtri aliquid na-* *rit. Hic autem & tempore ſuo, & recte natum* . Demiror.] *Valde miror: quod minus eſt quàm* Præſertim cum & recte.] *Attulit mulieri com-*

pendium

pendium credulitas ſenis ſemel correpti, ne aliter ſi *tur.* Omnes nos celare volueris.] *Antiqua locu* *lam rem celo te.* Præſertim cum & recte, & tem ſuo.] *Recte ad illud pertinet quod non monſtrum o* Tempore ſuo.] *Ad ſpacium quo prægnantes eſſe c* *uerunt, id eſt, ad menſium dinumerationem: quia* *ptimo menſe naſci ſolent.* Adeon' peruicaci eſſe mo.] *Inuectio.* Vt puerum præoptares perire.] *tate infantis, inuidia.* Adeo peruicaci eſſe.] *Pe* *eſt perſeuerans cum quadam vi.* Ex quo firmiore ter nos fore amicitiam poſthac ſcires.] *Ab acc* *bus inuidia. Et bene additur Scires: quia imprude* *delicto veniam frequenter extorſit.* Potius quàm a ſum animi tui libidinem.] *A voluntate peccanti* *dia. Animi tui libidinem dixit, vt minima cauſa* *ſceleribus ſubiecta eſſet.* Eſſet cum illo nupta.] *A* *non, illi nupta, ſed cum illo nupta. Ergo ambo ſib* *cem nubunt.* Ego etiam illorum eſſe hanc cul *Bene, etiam illorum: nõ enim hoc ſe erraſſe ait, quo* *putauerit culpã, quæ minor eſt: ſed, etiam illorum,* *mune peccatum fuerit: ſed nunc quidem totum cri* *Myrrhinæ. An etiam pro adhuc, vt maior ſit dolor,* *opinanti acciderit.* Vtinam ſciam ita eſſe iſtuc.] *ſeram eſſe. Alibi, Miſerum, quem minus credere eſ* *rit ſenſus, Vtinam vere ſis miſera.* Vtinam ſcian eſſe.] *Hoc quidam ſic accipiũt, quaſi Phidippus di* *nes te culpa eſt, quam illorum eſſe credebam: &* *quod credo, penes te eſſe culpam, ita nõ eſſe certo ſcia* *dixit ſe miſeram: & miſeros niſi innocentes dicimus* *nim hoc reſpondet, Vtinam in hoc negotio miſeram* *ſceleſtam reperiam. Sic Salluſtius, Atque ea cogen* *coactos: ſceleſtos magis quàm miſeros diſtringi. Et* *quitur.* Sed nunc mihi in mentem venit.] *Arg* *tum ex antecedentib. dictis & factis.* Nunc mihi i tem venit.] *Recte nunc, quaſi alias nihil ſuſpicãti.* locuta eſt olim.] *Pro ante.* Cum illum generum mus.] *Vt arbitrum capere dicimus, id eſt, eligere,* *laude locutus eſt Pamphili.* Cepimus.] *Elegimu* *Ante locum capies oculis* Cum eo.] *Viro.* Qui m cem amaret, qui pernoctaret foris.] *Non in hoc*

o, quod hæc locuta ſit: ſed argumentum eſt, quod celauerit partum, quæ hoc olim dixerit. Ac pernocta- Propter illud quod dixerat, Quid intereà ibáine ad idem? quotidie. Et nota familiariter hoc verbum porrectio. Sic in Adelphis, Sed ſi hic pernocto, caue quid Syre? Quamuis cauſam.] Hoc propter ſpectatocitur, vt geſtorum meminerit. Quam ipſam ve- Quia ſola ex omnibus defendi non poteſt. Multo ſciui quàm tu.] Bene pergit, quia taciturnitas pro ione accepta eſt. Verùm id vitium.] Hoc intelligi teſt, niſi vitium bis numero ſubaudieris. Adoleſ-æ.] Melius dixit adoleſcentiæ, quàm Pamphili: vt n ætate fuerat, non timeret in ingenio. Nam id o-ıs innatum eſt.] Amare in adoleſcentia. At pol lerit, ſe quoque cum oderit.] Mire ſenectutem : ſenex, cùm & velocem oſtendit his verbis: Iam & addit, Se quoque oderit, quaſi dicat: Non ſolum abit, ſed & odio habebit: & non alienas mulieres nec vxorem quoque, ſed etiam ſeipſum. Plus ergo il- quàm ratio depoſcebat: ſed mire ad affectum ſenis endum. Se quoque cum oderit.] Id eſt, vt pœ-um ſui facti. Sed plus dixit, quàm ſi diceret, facta :d vt olim te oſtendiſti.] Cum ſuperiora dicta t filiam abduceres.] Vehementius dixit, quàm ſi , vt filiam ei non redderes. Neu quod egiſſem eſ-ım.] Quod ab eo abducis, non bona ſocrus: quod non bona mater: quod irrita facis quæ geſſi, non bo-es, inquit. Nunc res indicium facit.] Hoc eſt, elauiſti partum. Id nunc res.] Quaſi dixerit vn- Quo pacto factum volueris.] Non ſolum quod d, etiam quod voluit, obiicit. Quo pacto factum is.] Deeſt fieri. Peruicacem.] Per vim agentem, oſam me eſſe cenſes. Cui.] Deeſt ei, vel circa eam. ater fiem.] Rurſus à veriſimili, an mater contra actat. Si ex vſu eſſet hoc matrimonium.] Caltier ex his quæ dixit ſenex defenſionē arripit. Nam iit, Negabas poſſe filiam tuam te pati cum eo qui cem amaret, qui pernoctaret foris. Ex vſu no- Modo, vtile. ſi pro noſtra eſſet vtilitate. Túnc pro-:.] A perſona. Aut iudicare.] Proſpicere futura, indi-

iudicare præſentia. Audiſti ex aliquo fortaſſe.]
ſatis, & oratorie. Aliquo.] *Non à certa perſona. B*
liquo, ademit iudicibus authoritatem. Qui vidiſſe
diceret.] *Non qui vidiſſet.* Exeuntem aut intre
tem.] *Sic Cicero, Tibi autem Balbe reſpondebo: Pr*
precario ſi licet, ſi fas eſt defendi à me eum, qui in
fuiſſet, qui vnguenta ſumpſerat, qui Baias viderit:
nim dixit, Amplectentem amicam. Aut introeun
σύλληψις prima. In ludum ducere & reducere. E
tem aut introeuntem.] *Mollis eſt, quia luditur*
quentibus ad amicam, ἐξουθενισμὸς criminis, de con
dine. Quid tum poſtea?] *ἰδιωτισμὸς, quo contem*
crimina leuiora. Si modeſte.] *Adhibito modo: ve*
cum pudore & modeſtia: vt celatum voluerit. Nón
diſſimulare nos.] *Duobus modis feruntur peccat*
ignoſcendo, vel cohibendo. Modo diſſimulare, eſt
rantiam fingere. Magis humanum eſt.] *Bene, q*
illud humanum diſſimulare, an magis humanum di
lare: quia & iraſci, & arguere humanum eſt? Mag
manum.] *Nota, pro humanius, Terentiano more.*
nos oderit?] *Qui, vnde vel quamobrem. Et recte*
enim dolens quod non ametur, id facit quo magis o
Nam ſi is poſſet ab ea ſeſe derepente auellere.
torie non contentus defendiſſe Pamphilum, hoc ipſo
quo accuſatus eſt, laudat. Derepente.] *Vna pars*
nis eſt. Qui cum tot conſueſſet annos.] *Lauda*
eos Terentius, qui conſuetudine vincuntur, vt alit
paruæ conſuetudinis cauſa, huius mortem tam fert
liariter. Et mox, Vt neque me conſuetudo, neque
neque pudor commoueat, neque commoneat, vt ſeri
dem? Ergo ferus quem longa conſuetudo non comi
Qui cum tot conſueſſet annos.] *Non qua cu*
qui cum: vt à quibus, & non à quis. Et conſueſſe p
dicitur in ſtupro. Non eum hominem ducerem.
ſolum inquit, homo non eſſet, id quod forſitan nihil
intererat: ſed quod nobis maximum eſt, vir ſtabili
eſſe non poſſit. Nec virum.] *Vir modo, maritus.*
eum hominem ducerem, nec virum ſatis fir
gnatæ.] *Poteſt & ſic intelligi, Non eum hominem*
rem, qui conſuetudine longi temporis tenere abrum

virum ſatis firmum gnatæ.] *Quem res venereæ mouerent. nam firmum etiam hic poſſumus intelligelidum in officio coitus. ſic Horatius, fortiq́ue marito et vxorem.* Mitte adoleſcentem obſecro.] *His ſolemus commentitia argumenta contemnere, vt, cordia animos maternos his natos. Et ibi, Mitto adde iſtuc, * Imprudens timuit adoleſcens: ſ eo, tu. Verum & cætera. Etenim illi dixerat, Verum id n, nunquam decreui eſſe ego adoleſcentiæ. Adeon aci eſſe animo, vt puerum præoptares perire potius, aduerſus animi tui libidinem eſſet cum illo nupta?* æ me peccaſſe ais, abi ſolus ſolum conueni.] *hæc dicit mulier, vtpote memor quod cum Pamphicuta. Et ſolus ſolum ideo, quia metuit, ne orata n ſeruet Pamphilus, & ideo multi ſciant.* Roga, e an non vxorem.] *Verba quibus cum Pamphiatur ſocer: ne ſi aliter agat, reſpondeatur à genero.* conſului meæ.] *Illum, inquit, nolle, ſignum eprouidiſſe filiæ.* Siquidem ille ipſe non vult, & ſiſti.] *Animaduertendum, quemadmodum omnia ſe defenderit Myrrhina, in malam partem accedippus: & hinc magis accuſat vnde illa ſe purgat.* conſilio ea par fuerat proſpici.] *Non dixit, cuſilio repudium daretur Pamphilo, ita ad vnum oxitum ſpectant.* Eſſe auſam facere hæc iniuſſu *Abducere filiam, celare partum, exponere pue-* nterdico.] *Inter edico, & interdico hoc intereſt: us, quod iubemus fieri: Interdicimus, quod vetari. Edicimus etiam vni generi hominum: Interdiuerſis. Itaque Prætoris edicta, & Interdicta di-. Interdico, ſeparatim dicendum, legendumq́ue, terdico ne velis, non eſt integrum.* Interdico, ne ſe extra ædes.] *Id agitur, ne ſub incerto interciuer: & tragœdia fiat ex comœdia.* Meis dictis hanc poſtulem.] *Demonſtratiue & accuſatorie nc, quaſi tam contumacem.* Hanc qui poſtu-*Quid eſt hanc, vtrum mulierem? an vxorem? an acem fœminam?* Ibo intro.] *Sibi ipſi hoc dicit σμῷ.* Edicam ſeruis, ne quoquam efferri ſi-*Et hoc recte poeta: quia ita opus eſt, ne compleat*

Myrrhina quod promiſit de exponendo puero, dit Dein *continuo exponetur.* Nam vt hic laturus ho Sic *oſtenditur cauſa, cur perpetuo celandum ſit ſe tium virginis.* Nam vt hic.] *Quantum iracundiæ turus ſit, quantum furoris: hoc enim ſignificat Vt. mul poeta, quod alibi obſcure facit, hic aperte demo quod periculum ſit in fabula, niſi καταστροφὴ ſucc* Non clam me eſt.] *Id eſt, ſcio.* Nec qua via ſent eius mutari poſſit, ſcio.] *Neſcio quo modo ex ira placidus fiat.* Sententia eius.] *De puero non expo* Hoc mihi vnum.] *Hoc adhuc, inquit, malum no euenerat, cum euenerint multa. & vide, an ſi pue tollat cogit, quaſi cum gemitu & percontatiue pr ciandum ſit: etenim Si, obſcuram locutionem fac forte Cum, vel Quod, ſignificat.* Hoc mihi vnum e rimis miſeriis reliquum fuerat malum.] *Ex on malis reliquum cum dicat, maximum malum ſig Nam non mediocre eſt quod omnium miſeriarum timum & inter mala multa reliquum, quod ſic mus. Poſſumus & nos interrogatiuè pronunciare.* rum vt tollam cogit.] *Recte tollam, quæſtio, v* Forma in tenebris noſci quita non eſt.] *Ab queo paſſiuum fecit queor, retinendo participiu eſt: ſed antique dixit.* Neque detractum.] *Sol fieri.* Ipſe eripuit.] *Hic ad exitum ſpectat πα quia per annulum fiet cognitio.* Ipſe eripuit.] *E rio, inquit, factum eſt: ipſa vt non eriperet, ſed ipſi tur.* Simul vereor Pamphilum ne orata noſtr *licet ſi ſuſtulerimus cogente ſene, eum puerum, q poſitum iri Pamphilo paulò antè promiſi.* Cum ſci num puerum tolli pro ſuo.] *Non ſolum, inquit, grè feret alienum, verum etiam pro ſuo.*

ACTVS IV. SCENA II

SOSTRATA. PAMPHILVS.

Iamb. quad. acat.

NOn clam me eſt mi gnate, tibi me eſſe
 ctam, vxorem tuam
Propter meos mores hinc abiſſe: etſi ea di
 las ſedulo:

ım ita me di ament, itaque obtingant ex te quæ
:opto mihi,
unquam ſciens commerui, merito vt caperet il-
odium mei:
ante quã me amare rebar, ei rei firmaſti fidem.
ı mihi intus tuus pater narrauit modo, quo pa-
ɔ me habueris
oſitam Amori tuo: nunc tibi me certum eſt
ntra gratiam
rre, vt apud me præmium eſſe poſitum pieta-
ſcias.
ımphile, hoc & vobis, & meæ commodum fa-
æ eſſe arbitror:
us abituram hinc cum tuo meo eſſe certo de-
ui patre: (qua,
ea præſentia obſtet, neu cauſa vlla reſtet reli-
tua Philumena ad te redeat. PAM. quæſo, quid
ıc conſilii eſt?
ſtultitia victa, ex vrbe tu rus habitatũ migres?
facies: neque ſinam, vt qui nobis mater male-
lum velit,
ɔertinacia dicat eſſe factũ, haud tuã modeſtia.
tuas amicas tu, & cognatas deſerere, & feſtos
s
auſa nolo. SOS. nihil iam mihi iſtæ res volu-
tis ferunt.
ætas, tempus tulit, perfuncta ſatis ſum: ſatias
iam tenet
orum iſtorum: hæc mihi nunc cura eſt maxu-
; vt ne cui mea
ıquitas ætatis obſtet, mortémve exoptet meã.
ideo me eſſe inuiſam immerito, tempus eſt
ıcedere:
ɔtime, vt ego opinor, omneis cauſſas præci-
n omnibus:
hac ſuſpicione exoluam: & illis morẽ geſſero.
ne obſecro hoc effugere, volgus quod male
lit mulierum.
Quàm fortunatus cæteris ſum rebus, abſque
hæc foret,

Hanc matrem habens talem, illam autem vxor
 s o. obſecro mi Pamphile,
Non tu te rem incommodam, vt quæque eſt, in a
 mum inducas pati.
a.L. illa. Si cætera ſunt ita vt tu vis, itaque vt eſſe ego * ill
 exiſtimo,
Mi gnate da veniam hanc mihi, reduc illam. P.
 væ miſero mihi.
s o. Et mihi quidem: nam hæc res nõ minus me
 le habet, quàm te, gnate mi.

NOn clam me eſt.] *In hac ſcena velut qualitas n cialis in diſputationem venit: iuſtúmne ſit repu coniugem cauſa matris: & omnino quid fieri debeat.*] clam.] *Vero ordine à purgatione ſui incipit mater al ra, ne quod diſcedit, iracundiæ videatur.* Tibi me ſuſpectam.] *Id eſt, in ſuſpicionem veniſſe.* Vxo tuam propter meos mores hinc abiſſe.] *Blandi xorem ſignificauit, quàm ſi diceret Philumenam. Et res proprie ſenum dicuntur: vnde ſenectus moroſa, & roſi homines, qui ſui cuiuſdam moris ſunt.* Etſi ea c mules ſedulo.] *Ea, id eſt, quæ ſcio. Et ea, pro eam ſed abſolute occurrit ſupra latæ ſententiæ, & genere tro. & eſt ordo, Etſi ea diſſimulas ſedulo, non me clan &c.* Verùm ita me dii ament.] *Cõiectura quæ ſol iureiurando.* Nunquam ſciens cõmerui.] *Bona ptio, quia poſſumus aliquem inſcienter lædere, quæ veniam pertinet.* Itaq; obtingant ex te.] *Pro ſe i & ita rem Pamphilo probat, vt blanda ſit.* Itaque.] *partes orationis.* Vt nunquã ſciens.] *Hic ordo eſt i iurandi, vt cum præpoſuerit Ita, ſequatur vt. Cicer velim mihi deos propitios, vt cum illius temporis mil nit in mentem, &c.* Merito vt caperet odium illa r. *Bene dixit merito. nam vt nos immerito quis non o non eſt in noſtra manu. hæc eſt exceptio. Plautus in nummo, Quin dicant, non eſt, merito ne dicant, id eſt* rito vt caperet odium illa mei.] *Id enim eſt, culp merito.* Teq; antequam me.] *Deeſt iam, vt ſit ordo, te amare me rebar: tantũ firmaſti fidem ei rei.* Teq; a quam me amare rebar, ei rei firmaſti fidem.] *Or*

Dij tibi malefaciant. PH. primus eſſes memo-
er ferens.
eniem veſtram vſque ab auo, atque atauo pro-
a vt dicis: ego tum ſi adueniſſem, quî mihi
nata eſſet dicerem: itidem tu face? cedo
eſt cognata? G. heus noſter, recte: heus tu caue.
ilucide expediui, quibus me oportuit
ibus: tum ſi id falſum fuerat, filius
non refellit? DE. filium narras mihi?
s de ſtultitia dici, vt dignum eſt, non poteſt.
t tu, qui ſapiens es, magiſtratus adi,
ium de eadem cauſſa iterum vt reddant tibi:
ndoquidem ſolus regnas, & ſoli licet
e eadem cauſſa bis iudicium adipiſcier.
tſi mihi facta iniuria eſt, veruntamen
is quàm lites ſecter, aut quàm te audiam:
m vt cognata ſi ſit, id quod lex iubet
m dare, abduce hanc, minas quinq; accipe.
la ha hæ, homo ſuauis. DE. quid eſt? num ini-
um poſtulo?
e hoc quidem adipiſcar ego, quod ius publi-
m eſt?
táne tandem quæſo, ciuem item vt meretricem,
i abuſus ſis,
edem dare lex iubet ei, atq; amittere?
t nequid ciuis turpe in ſe admitteret
ter egeſtatem, proximo iuſſa eſt dari,
io cum ætatem degeret: quod tu vetas?
a, proximo quidem: at nos vnde, aut quamob-
m? PH. ohe,
m (aiunt) ne agas. DE. non agam? imò haud
ſinam,
ec perfecero hoc. PH. ineptus. DE. ſine modo.
Poſtremo tecum nihil rei nobis Demipho eſt:

Tuus eſt damnatus gnatus,non tu:nam tua
Præterierat iam ad ducendum ætas. DE. omni
Illum putato,quæ ego nunc dico,dicere:
Aut quidem cũ vxore hac,ipſum prohibebo d
GE. Iratus eſt. PH. tute idem feceris melius.
DE. Itáne es paratus facere me aduorſum omn
Infelix? PH. metuit hic nos, tametſi ſedulo
Diſſimulat. GE. bene habent tibi principia. PH
quod eſt
Ferendum feras,tuis factis dignum feceris,
Vt amici inter nos ſimus. DE. egòne tuam exp
Amicitiam? aut te viſum,aut auditum velim?
PH. Si concordabis cum illa,habebis quæ tua
Senectutem oblectet:reſpice ætatem tuam.
DE. Te oblectet:tibi habe. PH. minue verò irar
hoc age:
Satis iam verborum:niſi tu properas mulieren
Abducere,ego illam eiiciam. dixi Phormio.
PH. Si tu illam attigeris, ſecus quàm dignum
beram,
Dicam impingam tibi grandem:dixi Demiph
Si quid opus fuerit,heus,domo me. GE. intelli

EN,vnquam cuiquam contumelioſius audi
ctam iniuriam?] *In hac ſcena, vt Rhetoribus*
veluti quædam controuerſia eſt, quæ vno tempore ex
que parte tractatur: vt, ſi quis dicat legem eſſe, ne
dem re bis agatur: & item, vt orbam proximus
quidam abſente patre ſub hoc nomine vxorem c
eſt ducere, vult illam pater adueniens eijcere ma
nio: contradicitur. Meminiſſe autem debemus i
contentione ea maxime dici, quæ ſimplici patriſa
& calumnioſo ſycophantæ improbiſſimoque paraſi
gruere poetę viſa ſunt. En, vnquam quic
contumelioſius audiſtis factam iniuriam?] *I*
ſtructi ſunt aduocati: & recte. longum enim fuerat
hæc poſt ſcenam geri. En, vnquam.] *En vim ha*
dignationis poſt enarratam iniuriam. Quàm h
mihi?] *Facta iniuria, ſubauditur.* Adeſte quæſo
terim aduocati Demiphonem ſequi inducuntur
r

lle tacent prius, poſtea locuturi. Et adeſte proprie. ad-
um cauſæ proprie dicuntur patroni & amici. Ade-
æſo] *Proprie aduocatis adeſte dixit. Et quia ipſe*
rantius pergit, rogat vt aſſequerentur. Iratus eſt.]
d excitandum Phormionem dicitur. Quin tu hoc
Annuit vt taceat: & ſignificat ſilentium. Iam ego
agitabo.] *Modo Iam celeritatis eſt ſignum. Hunc,*
ontemptu dixit. Agitabo.] *Perturbabo.* Pro deûm
ortalium.] *ἐκλειψις, deeſt fidem, aut quid tale. Cic.*
con Quid igitur prò deum immortalium primum
ocebas quæſo? Prò deûm immortalium.] *Artifi-*
rior exclamat: vt Demipho, qui iniuriam paſſus eſt,
impetum accuſationis incurrat. Phanium negat
anc ſibi cognatam.] *Additum pronomen eſt, qua-*
m omnibus diceret. Phanium eſſe hanc ſibi co-
am.] *Magno ingenio Terentius impudentiam calu-*
toris expreſſit: nam & prior incipit, & prior accuſat.
ia non poteſt dicere, expellit Phanium Demipho: ne-
gnatam, inquit. Negat.] *Vna opera Geta in duplici*
tur dolo. nam & audiente iam ſene, ſe eius defenſo-
tanquam abſentis, aſſimulat: & irritat ad vocifera-
m Phormionem, qui clamandi vlterius cauſam non
ret. ſi taceret Geta Neque eius patrem ſe ſcire qui
t.] *Ambiguitas, quæ tamen ſenſu diſcernitur.* Co-
am Demipho.] *Hæc eſt flagitatio, quæ etiam nomen*
ltuoſe perſequitur atque exagitat. Ideo callidus ſy-
nta patrisfamilias proprium nomen non ſolum inui-
infert, ſed etiam repetit. Nec Stilphonem ipſum
qui fuerit?] *Hæc aſſeueratio mentientis eſt, imitata*
atem. Negat.] *σύλληψις prima. nam extrinſecus au-*
dum eſt, Pater. Sequimini.] *Apparet Demiphonem,*
atremfamilias, perturbari non mediocriter: quippe
& aduocatos conquiſiuerit aduerſus hominem ſine
catis agentem: & progredi non audeat, niſi illi ſe-
ntur. Sequimini.] *Sequimini dicit, quia properan-*
& concitatiore gradu pergit iratus. Nec Stilpho-
ipſum ſcire.] *Quàm multa calumniatores claman-*
uſa dicunt & vociferandi, vt ipſo ſtrepitu terreant.
Stilphonem ipſum.] *Tantundem quod ſupra, Neq;*
patrem. Scire debemus hoc nomen non fictum à para-
ſito, ſed

ſito, ſed auditum à puella, quæ vxor ducta ſit, dici. egens relicta eſt miſera.] *Communis locus in au generalitate approbatior, facilius enim hoc de om quàm de Demiphone credatur: & ideo Ignoratur di negligitur, non, Ignorat, nec negligit Demipho.* Ig tur.] *Non agnoſcitur, ignorarique fingitur. hoc ei gnificat modo.* Parens.] *Pater. nam vt variaret, pa dixit, quem ſupra dixerat patrem. Patrem ergo dici læ à Demiphone ignorari.* Negligitur ipſa.] *Qui poteſt, vt qui ignoret parentes puellæ, id eſt, ignorari cat, tamen ipſam non negligat puellam: vtrumque co ſtus eſt.* Vide auaritia quid facit.] *Hæc conuerſus culum & coronam circumſtantium dicit & conque Nulla enim re magis populus concitatur, quam ſi q genum contemnat: inde & bonis inuident, & malos lunt, inquit Salluſt.* Vide auaritia.] *Proprie Vide chantibus conuenit, qui indignatione coguntur qua aliquo colloqui. Sic in Adelphis, Illud ſis vide, exen diſciplinæ. Sunt qui putent illum alicui de coron cumſtantium dicere moraliter.* Si herum inſimula uaritiæ.] *Inſimulare eſt crimen ingerere.* Si herun mulabis auaritiæ, male audies.] *Inſimulatio falſi, & veri criminis incuſatio. Sic Cic. Nihil eorum Galli inſimulabant, negarunt. Inſimulo genitiuo tur.* Male audies.] *Scilicet à me.* O audaciam.] *H clamatio oſtendit quid abſente patre defenderit fili* audaciam, etiam me vltro accuſatum aduenit *iam oſtendit perſuaſum eſſe Demiphoni, vim adhibit lio ſuo vxorem ducere: vno, cum hunc audacem ap altero, quod dicit etiam, quæ coniunctio & Antiph complectitur: & ſic accuſatum.* Nam iam adoleſ nihil eſt quod ſuccenſeam.] *Sic ſubtiliter, ac la purgatur à Phormione: nam cum dicit, Nihil eſt quo ſuccenſeam adoleſcenti, oſtendit adhuc ſuccenſuiſſe & mico fuiſſe animo. Cùm autem addit, Si illum mini rat, oſtendit eum contradixiſſe ſibi, & reſtitiſſe iudici ſic dicit, quod ſi adoleſcens non agnoſcens puellam, ve non meruerit, pater negata cognata fieri non poſſe.* eſt quod ſuccenſeam.] *Succéſere dicimus eum q amare debeat, læſus iraſcitur. Et vide vt veteratorie*

da

radixiſſe adoleſcentem. Si illum minus norat.] it non norat, ſed minus norat: quaſi & ipſe noſſe t. Quippe homo.] Repente tranſit ad nominati- m ſupra dixerit illum: & deeſt Erat, quod aſſumi- nferiore. Iam grandior.] Hic comparatiuus non nificationem, qua magis ſiue minus à poſitiuo ſi- vt, Iam ſenior, ſed cruda deo, viridisque ſenectus. homo iam grandior.] Argumentalis narratio quæ nunc ſubiecta eſt ad fidem faciendam, & con- am perſonam defenſoris. Et grandior, non grandis, cat, qui grandior fuit, quam vt illum adoleſcens noſſe poſſet. Iam grandior.] Proprie grandis ad refertur ætatis, grandis puer, & grandis natu di- Cui opera, vita erat.] Hic oſtendit quam pauper & Opera ſeptimi caſus eſt: & Vita nominatiui. Cui vita erat.] Opera pro actu poſuit, & opera hic ab- caſus eſt. Ruri ferè.] Id eſt, ruri opera faciendo at cibum. Et bene addidit Ferè. non enim ſemper, unque. Ruri ferè ſe continebat.] Expreſſe oſten- riam hominis, qui in vrbe natus, interdixerat ſibi eius ob pudorem inopiæ. nam hoc ſignificat Conti- nde contenti dicuntur, in malis durantes. Hoc au- eres faciebant nobiles, cum ad paupertatem reda- t. Ruri ferè ſe continebat.] Continere ſe dicitur tra voluntatem ſe cõtinet. Colendum habebat.] onductaq; pater tellure ſerebat. Sæpe interea mi- x narrabat.] Miſerabiliter, & inuidioſe poſitum & maiore fide, narrabat dixit, non querebatur. Et ngeſtionem argumentorum. Et ordo eſt, Sæpe nar- enex hunc ſuum cognatum ſe negligere. Sæpe in- nihi ſenex narrabat.] Habet miſericordiam odio- atio. Se hunc negligere cognatum.] ἀμφιβολία, enſu diſſoluitur. Cognatum ſuum.] Hoc crimen ſa eſt, quod Cognatum addidit. At quem virum?] as iniuriæ à dignitate perſonæ. multi n. tales ſunt, atione abdicandi ſint. Quem ego viderim in vi- imum.] Ab actu ac moribus. Et in vita, hoc eſt cum t, & in eo quod à viuo fit. Videas te atq; illum.] hoc clare dictum à ſeruo accipimus, vt defendiſſe um videretur. Quem ego viderim in vita opti- mum.]

mum.] *Modo in vita, in actu, in moribus.* Videas t que illum, vt narras.] *Hoc eſt parem te illi exiſt atque illum tibi. An potius ſeruus ſciens haec perſo fingi, vel certe etiam mortuum hominem induci, indicatur paraſito: vt etiam ipſe, aut nuſquam ſit, vt fictus, pereat, vt mortuus? An ſic accipiendum, vt ſeruus ſub ſa voce hoc per iocum dixerit, tantum in vita te vide ptimum, quam fuit ille quem narras? An ſic intelli dum, vt ſeruus hoc dicat, Si optimum eſt, victum q quærere, & in alieno agro eſſe: ita te videas, atque i vidiſti, quem ad hunc modum narras viuere. & alluſ illud quod ait, Quem ego videram in vita optimum.* deas te atque illum.] *Deeſt, vidiſti. ſcit enim illum vera dicere.* In malam crucem.] *Aduerbialiter, vt viciniæ.* Nam ni ita eũ exiſtimaſſem.] *Vt vita optin iudicarem.* Nunquam tam graueis.] *Hoc non qua midus, ſed quaſi religioſus & fidelis loquitur Phor* Ob hanc.] *Tanquam præſens ſit mulier de qua lis eſ demonſtratiua particula vſus eſt, dicẽdo hanc.* Ob ha *Id eſt, pro filia ipſius* Inimicitias caperem.] *Capere mus, cùm id, quod in nobis eſt, aſſumimus, vnde caperi eligendo ponitur.* Quam is aſpernatur.] * *Quam ſupra reuocauit, ad puellam referens: vt, Quem regnu ſperiæ fraudo. Et Sall. Num Syllæ dominationem aude Et interpoſitis quibuſdam, Neque eſt offenſus domin nem Syllæ.* Quam is aſpernatur nunc tam illiber ter.] *Aſpernari eſt auerti, non ſolum corpore, ſed etia nimo. Aſpernari, reculare, auertere, non agnoſcere. Eſt tem dictum à ſperno.* Illiberaliter.] *Apud veteres ill raliter dicebant factum ſi quis exceſſiſſet omne genus leficij. Sic in Adelph. Factum à vobis duriter, immiſeri diterque, atq; etiam ſi eſt, pater, dicendum magis aperti liberaliter. Vide more αὐξήσεως Illiberaliter pro magni vltimum poni.* Pergin' hero abſenti malè loqui?] *A loqui pro male dicere. Et quærit Probus quis ante Ter tium dixerit.* Impuriſſime.] *Improbiſſime.* Hero abſ te.] *Argute hero abſente, vt videatur fidelior qui defen abſentem: quod præſtans argumentum eſt, id in animo buiſſe Getam, etiam peregrinante domino.* Dignum tem hoc illo eſt.] *Non negat male loqui: ſed hoc eſſe*

gn

contendit malo homine. Ain'?] ἀπόστροφος nota eſt
parat e ab n, & intermittit s literæ ſonum. eſt enim
um, Aiſne. Ain' tādem carcer?] Non carcerarium,
cerem aſperius appellauit. ſic Lucil. Carcer vix car-
gnus. & vix pro non. Bonorum extortor, legum
rtor.] Ingenioſe de ipſo negotio ſunt inuenta conui
norum extortor, legum contortor.] Fingit illi
a de cauſa, & de negotio. Reſponde.] Timuit poeta,
uſmodi vociferatio Getæ, quaſi veram diſcordiam a-
pulū fingeret, & ideo facit iam à Phormione ipſum
eri. Quis homo eſt?] Mirè ſeruus finxit ſe non vi-
nem: vt ea quæ dixerit, in Phormionem ſyncere di-
edatur. & mira diſſimulatione addidit Homo: vt vi-
nihil de præſentia domini cogitaſſe. Abſenti tibi.]
idelis opera eſt, ſi abſens aliquis defendatur. hoc er
irmat, velut indicando. Sic in Andria, O Chreme, per
huc aduenis, auſculta. Seq; dignas contumelias.]
quas ipſe debet audire. Deſine.] Imponit ſilentium
quaſi validiora dicturus ſit. vt ſupra, Tace dixit ſe-
he deſine.] Hac voce oſtendit plus iuſto pro ſe locu-
geri Getam. nam Ohe interiectio eſt ſatietatem vſq;
idium deſignans. Adoleſcens primum abs te]
c autoritas in ſenibus, vt qui minoris ætatis fuerint,
ppellatione pueri vel adoleſcentis, vel iuuenis etiam
nt: vt hoc de nomine illis quidem detrahant, ſibi verò
tatem attribuant. Sic Verg. O præſtans animi iuue-
uantum in feroci Virtute exuperas. Bona venia.]
ra, ſine diſcordia. Si tibi placere potis eſt.] Pro po-
ihi vt reſpondeas.] Bene mihi: vtpote patri adole-
vel domino Getæ, vel etiam ſeni. & verbum eſt ſeru-
aliquid interrogantium. Sic Verg. Mihiq; hæc ediſ-
era rogāti. Et, Dic mihi Damœta cuium pecus? Quē
um tuum ais fuiſſe.] Ais dicimus de iis, qui vana
ntur: Dicere autem dicimus de iis qui validiora. Ex-
a.] Manifeſta, expone. Et qui cognatum] Qui, quo-
vnde. Proinde expiſcare quaſi nō noſſes.] Pro-
ita, ſimilitudinis aduerbium eſt modo, non cōiunctio:
oinde tona eloquio ſolitum tibi. Expiſcari eſt diligen-
e quærere vbi nam piſces lateant. ergo verbum eſt
um à piſcatorib. Ego me nego, tu qui ais.] Subau-
ditur ad

ditur ad omnia Noſſe. Eho tu ſobrinum tuum.] *Pe*
lari quadam, vulgariq́; fatigatione, vtpote ſcurra, reſp
dit. Nomen? maxime.] *Falſa non habent memoriam*
ergo deeſt, neſcio, vel, neceſſarium eſt. Quid nunc tac
Vrget ſenex: quia intelligit eum nomen neſcire. Subii
Suggere. Non dico: quaſi non noris.] *Mirè. nam v*
tur a te celare id, quod inuitus neſciebat. Stilpho.] *ἀν*
ψις. nam reddit ad nominatiuum Eſt: vtique Stilph
rurſus ad accuſatiuum, Noueras, Stilphonem ſcilicet.
phonem inquam non noueras?] *Figura ἐπιτροχασ*
eſt autem ἐπιτροχασμὸς verborum ſuper ſe inuicem
ſio, quæ fit aduerſarij cauſa turbandi. vt Verg. - nec l
ſcilicet hoſtes Quærendi nobis, circumſtant vndiq; mu
Imus in aduerſos: quid ceſſas? an tibi Mauors Vento
lingua, pedibusq́; fugacib. iſtis Semper erit? Stilpho
inquam non noueras?] *Quaſi dicat, Conuincam, ſi*
ges. At ſi talentûm rem reliquiſſet.] *ἀξιόπιστον illud*
cit. At ſi talentûm rem reliquiſſet.] *More Romanor*
apud quos hæreditas pecuniæ erat. Talentum autem q
dixit, more Græcorum admiſcuit. Ita vt dicis.] *Ita ſum*
quit vt dicis, auarus & ſuperbus. Et vide ſenem de ini
non agere: quia iuſtè confidit & nititur cauſæ. Plerun
enim hac conſtantia animi fulciuntur, qui iuri confidi
At contrà, qui nullo iure freti ſunt, litigant, & ad iniu
proſiliunt: vt his ſaltem perturbent aduerſarium, qui i
non valent. Condono igitur inquit, tibi omne contum
genus. Ego tum ſi aduenissem.] *Deeſt, ad iudicium*
ſit, Cum ad iudicium veniſſem. Quî mihi cognata.] *Q*
vnde, quomodo. Heus noſter rectè.] *Geta ſic laudat*
nem, vt optet vincere Phormionem. Heus noſter rect
Plaudit ſibi Terentius, ſuppoſita perſona: quaſi rectè di
ſet. Iudicibus, quibus oportuit.] *Probaui iudicibus i*
quit. Filius cur non refellit?] *Refellere eſt arguendo f*
ſum oſtendere. Cuius de ſtultitia dici, vt dignum eſt
Compendium conuiciorum eſt, Nihil dignum inuenire, ſ
magna iniuria quod reſpondeas. Quandoquidem ſol
regnas.] *Quoniam regnum ſolutum legib. eſt, & oppi*
mens libertatem. Sic alibi, Regnúmne hic Aeſchine po
des? Hic de eadem cauſa.] *Hic, videlicet apud Athen*
vbi leges, vbi libertas omnib. communis eſt. Potius quà
lit

ſectet; aut quam te audiam.] *Bis poſuit Quàm, l genus figuræ primo ζευγμαπ contrarium eſt, vt in ɩontimorumeno, Propter quam in ſumma infamia & meo patri minus obſequens. Item, cœp rationem que tu egeres, neque hoc poſſis perdere.* Id quod lex t, dotem dare.] *Id, pro ob id.* Abduce hanc, minas que accipe.] *Modo id agit, quod reprehendit à filio ſe factum, Dotem daretis, quæreret alium. Et dotem t cuſtodem eſſe pudoris.* Ha ha hæ] *Hic riſu deſtru- uod ſerio intendebat ſenex.* Homo ſuauis.] *Præſcri- um iam alterum factum ſit, fieri vtrunque non poſſe.* ɩe hoc quidem adipiſcar ego.] *Quia enim à lege ecitat tantum id quod ſcriptum eſt* Itáne tandem o.] *Maiora argumenta ſunt quæ per interrogationẽ runtur.* Vbi abuſus ſis.] *A ſcripti voluntate. Vti- cum honore, Abutimur cum iniuria.* Atq; amitte- ene amittere: quia finis cupiditatis amiſſio eſt* An, vt uid ciuis turpe in ſe admitteret?] *Idoneum teſti- um eſt bonorum eſſe natalium ciuem dixiſſe. nã apud es peregrinæ mulieres in meretricũ numero habebãn- ic ipſe alibi, Adeóne eſt demẽs ex peregrina? Et alibi, a mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi. Et Parmeno obans reſpondit, Poteſt taceri hoc, id eſt, meretricem m habuiſſe.* An, vt ne quid ciuis turpe in ſe ad- ret.] *A voluntate.* Vt cum vno ætatem degeret.] *enim eſt pudicitia, niſi vnius ſcientia viri?* Actum, ne agas.] *Aiunt dicimus, cùm prouerbium ſigni- us. Acta res eſt de qua ſententia prolata ſit.* Donec cero hoc.] *Vergilius, donec me flumine viuo Ablue-* rfecero.] *Pro perficiam.* Ineptis.] *Vt à ſapientia ſà- imus: ita ab ineptia ineptis.* Sine modo.] *Hæc mi- ſunt verba & bene, imitatus eſt enim comminan-* Tuus eſt damnatus gnatus, non tu.] *Ludit Phor- ùm dicit non tu: & contemptibiliorem in hac cauſa nem, quam Antiphonem fuiſſe, dicit: ſimulq; ætatem eſſe deſpectam.* Tuus eſt dãnatus gnatus, nõ tu.] *oluntate contendentis eſt prolatio ſententiæ.* Illum o quæ ego nunc dico dicere.] *Diffinitiue reſpon-* ũ vxore hac.] *Id eſt, tali.* Tute idẽ melius feceris.] *eſt his, vt oſtendat Phormio de compacto egiſſe cum*

Antiphone. Tute idem melius feceris.] *Quidam ſic in-telligunt, Tute idem melius feceris, vt ſenex potius exeat quam eijciat filium. Artificioſe autem loquitur Phormio vt adimat ſuſpicionem ſeni conſenſionis & conuentioni inter paraſitum & filium.* Sedulo.] *Sine dolo, inſtanter* Diſſimulat.] *Fingit, mentitur.* Quin quod eſt feren-dum, feras.] *Cur non, inquit, accommodas neceſſitati vo-luntatem:* Quæ tuam ſenectutem oblectet] *Non ſed ſenectutem tuam.* Minue verò iram.] *Contemnen-eſt, diſſuadere iracundiam.* Hoc age.] *Annuentis eſt.* Di-xi Phormio.] *Dixi ſolent dicere perorata cauſſa.* Di Demipho.] *Mirè comminationem, & ferocitatem eius imitatus eſt ſimili verbo,* Si quid opus fuerit] *Hæc re-pentina diſceſſio habet aliquam maiorem litigaturi nunciationem. Et bene breuiter, ne multiloquio infrin-getur ſuperior comminatio.*

ACTVS II. SCENA IIII.

DEMIPHO. GETA. HEGIO. CRA-TINVS. CRITO. *aduocati.*

QVanta me cura & ſolicitudine afficit
Gnatus, qui me & ſe hiſce impediuit nuptijs!
Neq; mihi in conſpectum prodit, vt ſaltem ſciam
Quid de hac re dicat, quidve ſit ſententiæ.
Abi tu, viſe redieritne iam, an nondum, domum.
GE. Eo. DE. audietis quo in loco res hæc ſiet.
Quid ago? dic Hegio. HE. ego Cratinum cenſeo,
Si tibi videtur. DE. dic Cratine. CR. méne vis?
DE. Te. CR. ego quæ in rem tuam ſint, ea velim
cias: mihi
Sic hoc videtur: quod te abſente hic filius
Egit, reſtitui in integrum æquum eſt, & bonum,
Et id impetrabis: dixi. DE. dic nunc Hegio.
HE. Ego ſedulo hunc dixiſſe credo. verum ita eſt,
QVOT HOMINES, tot ſententiæ: ſuus cuiq; mos.
Mihi non videtur, quod ſit factum legibus
Reſcindi poſſe: & turpe inceptu eſt. DE. dic Crito.
CR. Ego amplius deliberandum cenſeo:
Res magna eſt. HE. nũquid nos vis? D. feciſtis prob
Incertior ſum multò quàm dudum. GE. negant

diſſe. DE. frater eſt expectandus mihi: is
uod mihi dederit de hac re conſilium, id exequar:
conſultatum ibo ad portum, quoad ſe recipiat.
. At ego Antiphonem quæram, vt quæ acta hic
unt, ſciat.
d eccum ipſum video in tempore huc ſe recipere.
Vanta me cura & ſolicitudine afficit gnatus.] *Cura eſt in ſpe bonorum: Solicitudo in metu malorũ.* anta me cura & ſolicitudine] *Hæc deliberatiua eſt, qua tres aduocati ſunt, quorum vnus ſuadet: alter diſſuadet: tertius qui ſe alterutri addere debuiſſet, eiuſmodi ſententiam dicit, vt rurſum deliberatione opus eſſe videatur.* Ego Cratinum cenſeo] *Poteſt Ego diſtingui, vt audiatur Ego dicam.* Quæ in rem tuam ſint.] *Bene principio beneuolentiam ſuam commendauit: & ſic conſilium dedit.* AEquum eſt.] *Ab honeſto* Et bonum.] *Ab* ...i. Et id impetrabis.] *A poſſibili. Et breuiter deliberatiuæ tres locos tetigit, Iuſtum, vtile, poſſibile.* Et ſedulò ...c dixiſſe credo.] *Artificioſe perſonam defendit, ſententiam reprehenſurus, ne ſi inimicus ſit, adimat autoritatem ſententiæ ſuæ.* Verum ita eſt.] *Subiunxit locum ἀπορητικῶς oratorie: vt inuidiæ contradicturus occurreret.* ...i non videtur.] *A poſſibili.* Quod ſit factum legi...] *Hic alio ordine locos ſuaſorie tetigit: primum à poſſibili: ſecundum ab honeſto.* Et turpe inceptu eſt] *Ab honeſto. Vtilitatem autem prætermiſit per artem quæ vbi poteſt fieri, fruſtra ſpectatur.* Res magna eſt. *Cauſa ...liandi ſententiam.* Incertior ſum multò quàm du...m.] *Ex tribus enim vnus ſuaſit, alter diſſuaſit, tertius nil dixit.* In tempore ſe huc recipere. *εὐκαίρως. Salluſtius, Maximeque ferocia regis Mitridatis in tempore ...aturi.*

ACTVS. III. SCENA I.

Iambici quadrati catalectici.

ANTIPHO. GETA.

Nimuero Antipho multis modis cum iſtoc animo es vituperandus:
...ne hinc abiiſſe, & vitam tuam tutandam aliis dediſſe?

Alios tuam rem magis credidiſti, quam te, animaduerſuros?
Nam vt erant alia, illi certe, quæ nunc domi tuæ eſt, conſuleres,
l. potiretur. Ne quid propter tuã fidem decepta *pateretur mali:
Cuius nunc miſeræ, ſpes, opeſque ſunt in te vno omnes ſitæ.
GE. Equidem here nos iam dudum hic te abſentem incuſamus qui abieris.
AN. Teipſum quærebam. GE. ſed ea de cauſa nihilo magis deficimus.
AN. Loquere obſecro, quónam in loco ſunt res & fortunæ meæ?
Nunquid patri ſubolet? GE. nihil etiam. AN. & quid ſpei porrò eſt? GE. neſcio. AN. ah.
GE. Niſi Phædria haud ceſſauit pro te eniti. AN. nihil fecit noui.
GE. Tum Phormio itidem in hac re, vt in alijs, ſtrenuum hominem præbuit.
AN. Quid is fecit? GE. confutauit verbis admodum iratum patrem.
AN. Heu Phormio. GE. ego quod potui porro. AN. mi Geta omneis vos amo.
GE. Sic habent principia ſeſe, vt dico: adhuc tranquilla res eſt,
Manſuruſque patruum pater eſt, dum huc adueniat
AN. quid eum? GE. vt aiebat, (attinet
De eius conſilio velle ſeſe facere, quod ad hanc rem
AN. Quantus metus eſt mihi venire huc ſaluum nunc patruum Geta?
Nam per eius vnam (vt audio) aut viuam, aut moriar, ſententiam.
GE. Phædria tibi adeſt. AN. vbínam? GE. eccum à ſua palæſtra exit foras.

ENimuerò Antipho multis modis cum iſtoc animo.] *Cum iſtoc animo, pro, huius animi. Ennius, Optima cum pulchris animis, Romana iuuentus.* Itáne hinc abiſſe, & vitam tuam. *ἐν ὑποχρέσει. vt, Inuidiſſe deos patrijs vt redditus oris Coniugium optatum, & pulchram Calydona viderem? Et, Seruon' fortunas meas commiſiſſe futili?*

utili? Alios tuam rem.] *Ab infinitiuo ad indicatiuum tranſitum facit.* Credidiſti.] *Pro putaſti.* Pateretur mali.] *Legitur & potiretur, quia potiri τὸ πάλαιον fuit. Plautus, Hoſtium potitus eſt.* Spes opesq́; ſunt.] *Hæc quidem de his ſunt, quæ amanti* * Spes opeſque ſunt.] *Vt resq́; fidesque.* Qui abieris.] *Mollius, quam fugeris.* Sed ea cauſſa.] *Quia abieris.* Nunquid patri ſubolet.] *Conuenientia ſua & Phormionis dicit.* Confutauit verbis.] *Conuicit: vt ſi diceret refutauit, ſed refutatio in rem eſt: confutatio in perſonam.* Ego quod potui porrò.] *De ſe mediocriter per ἔκλειψιν, moraliter ſatis.* Ego quod potui porrò.] *Ordine, primo dominum, poſt Phormionem, vltimum ſe poſuit.* Huc ſaluum nunc patruum Geta?] *Non optat ſaluum patruum venire ſecundum Apollodorum, & oſtendit non congruere ſalutem eius cum commodo ſuo. An non dicit malum eſſe & incommodum ſibi; ſed tantum magni terroris plenum aduentum patrui?* A ſua palæſtra exit foras.] *Bene palæſtram eius dixit lenonis domum, in qua eſt exercitus amator aſſidue. Plautus, Abiine à palæſtra, vbi demens deſudaſcitur.*

ACTVS III. SCENA II.

Troch. tetram. cat. permixtis iambis quadrat. acat.

PHAEDRIA. DORIO, *leno.* ANTIPHO. GETA.

DOrio, audi obſecro. DO. non audio. PH. parumper. DO. quin omitte me.
PH. Audi quid dicam. DOR. at enim tædet iam audire eadem millies.
PH. At nunc dicam quod lubenter audias. DO. loquere, audio.
PH. Nequeo te exorare, vt maneas triduum hoc? quò nunc abis?
DO. Mirabar, ſi tu mihi quidquam afferres noui.
AN. Hei, metuo lenonem, ne quid ſuo ſuat capiti. GE. idem ego metuo.
PH. Non mihi credis? DO. hariolare. PH. ſin fidem do. DO. fabulæ.

PH. Fœneratum iſtuc beneficium tibi pulchrè dice
DO. logi.
PH. Crede mihi, gaudebis facto: verum hercle ho
eſt. DO. ſomnium.
PH. Experire, non eſt longum. DO. cantilenam ea
dem canis.
PH. Tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus, tu. DO
garris modo.
PH. Adeóne ingenio te eſſe duro, atq; inexorabili
Vt neq; miſericordia, neq; precibus molliri quea
DO. Adeón te eſſe incogitantem, atq; impudente
Phædria,
Vt phaleratis dictis ducas me, & meã ductes grati
AN. Miſeritum eſt. PH. heu veris vincor. GE. quàm
terq; eſt ſimilis ſui. (din
P. Neq; Antipho alia cum occupatus eſſet ſolicitu
Tum hoc eſſe mihi obiectum malum? AN. ah qu
iſtuc autem eſt Phædria?
PH. O fortunatiſſime Antipho. AN. egóne? PH. c
quod amas domi eſt.
In huiuſmodi elidatur Nec cum huiuſmodi vnquam vſus venit vt conf
ctares malo. (neo lupu
AN. Mihíne domi eſt? imò quod aiunt, AVRIBVS T
Nam neq; quo amittam à me, inuenio: neq; vti re
neam, * ſcio. (tie
al. neſcio.
D. Ipſum iſtuc mihi in hoc eſt. A. eia, ne parum len
Num quid hic eo fecit? PH. hiccine? quod hom
inhumaniſſimus.
Pamphilam meam vendidit. GE. quid? vendidit? A
ain? vendidit?
PH. Vendidit. DO. quàm indignum facinus, anci
lam ære emptam ſuo. (fidei
P. Nequeo exorare vt maneat, & cum illo vt mut
Triduum hoc: dum id, quod eſt promiſſum ab am
cis, argentum aufero. (tus fie
Si non tum dedero, vnã præterea horam ne oppe
DO. Obtundis. AN. haud longum eſt id quod ora
Dori: exoret ſine
Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, con
duplicauerit.

DO. Verb

o. Verba iſtæc ſunt. AN. Pamphilámne hac vrbe priuari ſineſ?
am præter : horum amorē diſtrahi poterin' pati?
o. Neque ego neq; tu GE. di tibi omnes id quod eſt dignum, duint.
o. Ego te complureis aduorſum ingenium meum menſes tuli
ollicitantem, flentem, & nihil ferentem: nunc contra hæc omnia
eppeti, qui det, neque lachrumet: da locum melioribus.
N. Certe hercle ſi ſatis commemini, tibi quidem olim eſt dies,
Quam ad dares huic, præſtituta. PH. factum. DO. num ego iſtuc nego?
N. Iámne ea præteriit? DO. non, verum ei hæc anteceſſit. AN. non pudet
anitatis? DO. minime, dum ob rem. GE. ſterquilinium. PH. Dorio, vtere,
áne tandem facere oportet? DO. ſic ſum: ſi placeo,
N. Siccine hunc decipis? DO. imò enimuero Antipho hic me decipit.
Nam hic me huiuſmodi ſciebat eſſe; ego hunc eſſe aliter credidi.
s me fefellit: ego iſti nihilo ſum aliter, ac fui.
Sed vt vt hæc ſunt, tamen hoc faciam: cras manè argentum mihi
Miles ſe dare dixit: ſi mihi prior tu attuleris Phædria,
Mea lege vtar, vt potior ſit, qui prior ad dandum eſt. Vale.

DOrio audi obſecro.] *Hæc ſcena in petitione eſt, quæ ſæpe admittit deliberatiuæ locos.* Dorio. audi obſecro.] *Sunt qui ſic legant, vt Dorio Phædria dicat: audi leno: obſecro iterum Phædria.* Quin omitte me.] *Quin modo corripiendi vel imperandi vim habet. vt, Quin age.* Heu metuo lenonem, ne quid ſuo ſuat capiti.] *Deeſt Mali. Suat autem, appingat atque affigat.* Suo ſuat capiti.] ἀποσιώπησις διὰ τὸ εὐφημισμόν. *Suo capiti dixit, cū dicturus eſſet Phædriæ. vt, Dardaniiq; regum capitis.* Fœneratum.] *Ab vtili.* Fœneratum iſtuc beneficium ti-

bi.] *Id eſt, mihi à te fœneratum.* Verum herclè hoc eſt. *Bene ipſe dictum ſuũ confirmauit.* Cantilenam eandem canis.] *Ita dicit, vt, Vetus & vulgata cantio.* Tu mihi cognatus.] *Ab honeſto.* Tu parens, tu amicus, tu *Secunda ἀποσιώπησις.* Phaleratis dictis.] *Honeſtis atq; ornatis: quia dixit, Tu mihi cognatus, tu parens: & quaſi leno, irridet honeſtatem & deſpicit.* Miſeritum eſt.] *εἰρωνεία.* Heu veris vincor.] *Hoc ſibi dicit adoleſcens.* Neque Antipho alia cũ occupatus eſſet ſolicitudine.] *Hoc dolet Phædria, quod in eadẽ re laborauit Antipho: i. in amore: quòd amare contigerit.* Neque Antipho alia.] *Minore aliqua ſolicitudine quàm hæc eſt, quam nunc gerit. In alia, præter hanc quam de me gerit. Ordo & ſenſus hic eſt, Neq; tum eſſe mihi hoc obiectum malum, cum Antipho alia ſolicitudine eſſet occupatus leui quapiam, non hac de nuptiis, quæ eſt grauiſſima.* Vnquam vſus venit.] *Opus, aut neceſſe fuit.* Auribus teneo lupum.] *Græcum prouerbium τῶν ὤτων ἔχω τὸν λύκον, οὔτ᾽ ἔχειν, οὔτ᾽ ἀφεῖναι δύναμαι.* Ne parum leno ſies.] *ἔκλειψις, deeſt enim Vereris.* Aere emptam ſuo.] *Bene ſuo, quaſi de tertia perſona.* Conduplicauerit.] *Coniunctiuum pro indicatiuo: id eſt, conduplicabit. Hoc eſt, aliter: Fœneratum iſtuc beneficium pulchrè tibi dices.* Nihil ferentem, flentem] *ὅμοιον τῷ [illegible], vſitatum veteribus.* Tibi quidem olim eſt dies.] *Hic olim futuri temporis. Nam leno de accipienda ab adoleſcente pecunia diem conſtituerat: & inuenta meliori conditione, anticipauerat tẽpus cum adoleſcente præſcriptum.* Iámne ea præteriit?] *Interrogatiuè pronunciandum.* Non, verum ei hæc anteceſſit.] *Vrbane leno hac anteceſſit: vt alij putãt, meretrix vendita: vt alij, dies qua lenoni conſtitutum fuit. An apertè leno perfidus mentitur? vnde ſequitur:* Non pudet vanitatis?] *Ergo plus eſt Anteceſſit, quàm Præterit.* Non pudet vanitatis?] *Apparet ſupra lenonem de perfidia anticipati tẽporis eſſe confeſſum.* Mea lege vtar.] *Lenonia ſcilicet, in qua ſẽper cõmodũ eſt prius, quàm fides.*

ACTVS III. SCENA III.

Troch. tetram. catal. permixtis paucis Iamb. quadrat. catalectic.

PHÆDRIA. ANTIPHO. GETA.

Quid

Vid faciam? vnde ego nunc tam ſubito huic argentum inueniam miſer,
minus nihilo eſt? quod ſi hic potuiſſet nunc
[illegible]orarier
[illegible]uum hoc,promiſſum fuerat. AN. itáne hunc pa[illegible]emur Geta
[illegible]i miſerum,qui me dudum,vt dixti,adiuuerit co[illegible]niter?
[illegible]in,cum opus eſt, beneficium rurſum ei experia[illegible]nur reddere?
Scio equidem hoc eſſe æquum. AN. age ergo, [illegible]olus ſeruare hunc potes.
Quid faciam? AN. inuenias argentum. GE. cu[illegible]io:ſed id vnde, edoce.
Pater adeſt hic. GE. ſcio,ſed quid tum? AN. ah,di[illegible]tum ſapienti ſat eſt.
Itáne? AN. ita. GE. ſane hercle pulchre ſuades:et[illegible]an tu hinc abis? (mali:
[illegible]n triumpho, ex nuptiis tuis ſi nihil nanciſcor
[illegible]tiam nunc me huius cauſſa quærere in malo iu[illegible]beas crucem?
. Verum hic dicit. PH. quid? ego vobis Geta alie[illegible]nus ſum? GE. haud puto.
[illegible]l parúmne eſt, quod omnibus nunc nobis ſuc[illegible]cenſet ſenex,
inſtigemus etiam, vt nullus locus relinquatur [illegible]preci?
. Alius ab oculis meis illam in ignotum hinc ab[illegible]ducet locum? hem.
[illegible]m igitur licet, dumque adſum, loquimini me[illegible]cum Antipho:
[illegible]ntemplamini me. AN. quamobrem? aut quídnam factutus, cedo?
Quoquo hinc aſportabitur terrarum, certum eſt perſequi, (tamen.
[illegible]t perire. G. di bene vortant quod agas,pedetētim
Vide ſi quid opis potes afferre huic. GE. ſi quid, quid? AN. quære obſecro,
quid [illegible] minúſve faxit, quod nos poſt pigeat Geta.

GE. Quæro: ſaluos eſt, vt opinor: verum enim i tuo malum.

AN. Noli metuere: vnà tecum bona, mala que t rabimus.

GE. Quantum opus eſt tibi argenti? loquere. PH. læ triginta minæ.

GE. Triginta? hui, percara eſt Phædria. PH. iſtæc rò vilis eſt.

GET. Age, age, inuentas reddam. PHAE. ô lepid caput.

GE. Aufer te hinc. PH. iam opus eſt. GE. iam feres

Sed opus eſt mihi Phormionem ad hanc rem ac torem dari.

AN. Præſto eſt: audaciſſime oneris quid vis impo & feret:

SOLVS eſt homo amico amicus. GE. eamus ergo eum ocyus.

PH. Abi: dic, præſto vt ſit domi.

AN. Nunquid eſt quod opera mea vobis opus GE. nihil: verum abi domum,

Et illam miſeram, quam ego nunc intus ſcio eſſe animatam metu,

Conſolare: ceſſas? AN. nihil eſt, æquè quod faci lubens.

PH. Qua via iſtuc facies? GE. dicam in itinere: mo te hinc amoue.

QVid faciam?] *οἰκονομία ad futurum exitum con diæ.* Minus nihilo.] ὑπερβολή. Adiuuerit.] *Secu dum* u *pronunciari debet.* Adiuuerit comiter.] *Comi veteres dixerunt* παρὰ τὸ κόσμος. Quid faciam?] *Cor ter, quamuis vterque intelligat quid alteruter dicat, di mulant tamen.* Ni etiam nunc me huius cauſa quæ re in malo iubes crucem.] *Quaſi dicat, in malo ali malum.* Relinquatur preci.] *Bene preci.* Pedetentim *Caute à pedibus, & tentando.* Pedetentim tamen.] *quidam ſic accipiunt, tanquam Getæ dicat Antipho, caute aggrediatur ſenem fallere.* Iſtæc verò vilis eſt.] *matorie.* Solus eſt homo amico amicus.] *Apollodori* μόνος γὰρ ἐπίσταται φιλεῖν τοὺς φίλους.

ACTV

ACTVS IV. SCENA I.

DEMIPHO. CHREMES.

Vid? qua profectus cauſſa hinc es Lemnum Chremes? Senarij.
Adduxtíne tecum filiam? CH. non. DE. quid ita non?
Poſtquam videt me eius mater eſſe hic diutius,
ul autem non manebat ætas virginis
am negligentiam: ipſam cum omni familia
me profectam eſſe aiebant. D. quid illic tam diu
æſo igitur commorabare, vbi id audiueras?
Pol me detinuit morbus. DE. vnde? aut qui? CH.
ogas?
NECTVS ipſa eſt morbus: ſed veniſſe eas
nas audiui ex nauta, qui illas vexerat.
M. Quid gnato obtigerit me abſente, audiſtin' Chreme?
. Quod quidē me factum, conſilij incertum facit.
m hanc conditionem ſi cui tulero extrario,
o pacto, aut vnde mihi ſit, dicendum ordine eſt.
mihi fidelem eſſe æquè, atque egomet ſum mihi
bam: ille ſi me alienus affinem volet,
cebit, dum intercedet familiaritas:
ſpreuerit me, plus quàm opus eſt cito, ſciet.
eorque ne vxor aliqua hoc reſciſcat mea:
uod ſi fit: vti me*excutiam, atque egrediar domo, excutiat.
reſtat: nam ego meorum ſolus ſum meus.
E. Scio ita eſſe: & iſtæc mihi res ſolicitudini eſt;
eque defetiſcar vnquam ego experirier,
onec tibi id, quod pollicitus ſum, effecero.

QVid? qua profectus cauſa?] *Hæc eſt narratio ſimplex.* Senectus ipſa eſt morbus.] *Apollodorus τὸ γῆρας ἐστιν αὐτὸ νόσημα.* Hanc conditionem ſi cui tule-ro.] *νεολογία. quia ferre conditionem alicui dicimus.* Te mihi fidelem eſſe æquè.] *Mirè admixtum ante completam ſententiam de extraneo, Te mihi fidelem eſſe, &c* Tacebit dum intercedit familiaritas.] *Incertum quando odium iri ſe dicat: ante, an poſt nuptias.* Vt me excutiam.] *Legitur & excutiat.* Meorum ſolus ſum meus.] *Apollo-*

Apollodorus, ἐγὼ γάρ εἰμι μόνος τῶν ἐμῶν ἐμός. Donec id quod pollicitus ſum effecero.] *Vergil. donec me mine viuo Abluero.*

ACTVS IV. SCENA II.

GETA.

EGo hominem callidiorem vidi neminem,
Quàm Phormionem: venio ad hominem, vt dicerem
Argento opus eſſe, & id quo pacto fieret:
Vix dum dimidium dixeram, intellexerat:
Gaudebat: me laudabat: quærebat ſenem:
Dis gratias agebat, tempus ſibi dari,
Vbi Phædriæ ſe oſtenderet nihilo minus
Amicum eſſe, quàm Antiphoni: hominē ad forum
Iuſſi opperiri: eò me eſſe adducturum ſenem.
Sed eccum ipſum: quis eſt vlterior? at at Phædriæ
Pater venit: ſed quid pertimui autem bellua?
An quia, quos fallam, pro vno duo ſunt mihi da
Commodius eſſe opinor duplici ſpe vtier.
Petam hunc, vnde à primo inſtitui: is ſi dat, ſat eſt
Si ab hoc nihil fiet, tum hunc adoriar hoſpitem.

VEnio ad hominem.] *Venuſte repetitum, homine* Hunc adoriar hoſpitem.] *Aſtute hoſpitem de eo q ſuperuenit: nomen aptum imprudenti rerum, atque al no ab earum ſcientia. Salluſt. Vitam ſicuti peregrinan tranſigere, &c.*

ACTVS IV. SCENA III.

ANTIPHO. GETA. CHREMES. DEMIPHO.

Senarius. EXpecto quàm mox recipiat huc ſeſe Geta:
Sed patruum cum patre video aſtantem. hei mi
Quàm timeo, aduentus hujus quo impellat patrem
GE. Adibo hoſce: ô noſter Chremes. CH. ſalue Get
GE. Venire ſaluum volup' eſt. CH. credo. GE. qui agitur?
CH. Multa aduenienti, vt fit, noua hic compluria.
G. Ita de Antiphone audiſtine quæ facta? C. omni

'ũnę dixeras huic? facinus indignum Chreme:
rcumiri? DE. cum hoc id agebam commodum.
Nam hercle ego quoq; id quidem mecum agi-
ns ſedulo,
ni opinor, remedium huic rei. DE. quid Geta?
d remedium? GE. vt abii abs te, fit forte obuiã
Phormio? CH. qui Phormio? GE. is, qui iſtam.
H. ſcio.
Viſum eſt mihi, vt eius tentarem ſententiam:
endo hominem ſolũ, cur non inquã, Phormio
s, inter vos ſic hæc potius cum bona
omponantur gratia, quàm cum mala?
s liberalis eſt, & fugitans litium.
cæteri quidem hercle amici omnes modo
ore autores fuêre, vt præcipitem hanc daret.
Quid hic cœptat? aut quò euadet hodie? GE. an
gibus
num pœnas dices, ſi illam eiecerit?
id exploratum eſt: eia ſudabis ſatis,
m illo inceptas homine: ea eloquentia eſt.
um pone eſſe victum eum, at tandem tamen
capitis eius res agitur, ſed pecuniæ.
quam hominem his verbis ſentio mollirier,
ſun[illegible] nunc hic inquã, eho dic quid velis dari
in manum, vt herus his deſiſtat litibus.
hinc fa[illegible] ſſat, tu moleſtus ne ſies.
Satin' illi di ſunt propitii? GE. nam ſat ſcio,
aliquam partem æqui boniq́ue dixeris,
ſt ille bonus vir, tria non commutabitis
ba hodie inter vos. DE. quis te iſtæc iuſſit loqui?
Imò non potuit melius peruenirier
quò nos volumus. AN. occidi. CH. perge eloqui.
A primo homo inſanibat. CH. cedo, quid po-
ulat?
Quid? nimium: quantum libuit. CH. dic. GE. ſi
uis daret
entum magnum. C.* dic malum hercle: vt nihil al. imo.
udet?
Quod dixi adeo ei: quæſo quid ſi filiam
m vnicam locaret? parui retulit

Non

Non ſuſcepiſſe: inuenta eſt, quæ dotem petat.
Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias?
Hæc denique eius fuit poſtrema oratio:
Ego, inquit, iam à principio amici ſi iam,
Ita vt æquum fuerat, volui vxorem ducere:
Nam mihi veniebat in mentem eius incōmodum
In ſeruitutem pauperem ad ditem dari;
Sed mihi opus erat, vt aperte tibi nunc fabuler,
Aliquantulum quæ afferret, quî diſſoluerem
Quæ debeo, & etiam nunc, ſi vult Demipho
Dare, quantum ab hac accipio quæ ſponſa eſt mi
Nullam mihi malim, quàm iſtanc vxorem dari.
AN. Vtrum ſtultitia facere ego hunc, an malitia,
Dicam: ſcientem, an imprudentem, incertus ſum.
DE. Quid ſi animam debet? GE. ager oppoſitus pignori
Ob decē minas, inquit. DE. age age iā ducat. dab
GE. Aediculę item ſunt ob decem alias. DE. hoi h
Nimium eſt. CH. ne clama: petito haſce à me dece
GE. Vxori emunda ancillula eſt: tum autē pluſcu
Supellectile opus eſt: opus eſt ſumptu ad nuptias
His rebus pone ſane, inquit, decem minas.
DE. Sexcētas proinde potius ſcribito iā mihi dic
Nihil do: impuratus me ille vt etiam irrideat?
CH. Quæſo ego dabo, quieſce. tu modo filius
Fac vt illam ducat, nos quam volumus. AN. hei mi
Geta, occidiſti me tuis fallaciis.
CH. Mea cauſſa eiicitur: me hoc æquū eſt amitter
GE. Quantum potes me certiorem, inquit, face:
Si illam dant, hanc vt omittam, ne incertus ſiem.
Nam illi mihi dotem iam conſtituerunt dare.
CH. Iam accipiet: illis repudium renunciet,
Hanc ducat. DE. quæ quidem illi res vortat male.
CH. Opportune adeo nunc argentum mecū attuli,
Fructum quem Lemni vxoris reddunt prædia:
Id ſumam: vxori, tibi opus eſſe, dixero.

Si legas ad pauca vt redeat, conſtat verſus, forte n ad elidi-tur d.

Expecto quàm mox recipiat ſe Geta.] *Ad terrorem cumulandum perſona Antiphonis interponitur: vt e adaucto metu amittendæ vxoris, maior vis fiat repentinæ lætit*

iæ. Volup' eſt.] *Hoc volup nomen eſt, vt hoc facul'. im veteres per ἀποκοπὴν loquebantur.* Complu- *Secundum regulam locutus eſt. nam hoc complure, & ompluria.* Noua hic compluria.] *Sic veteres, quod i dempta ſyllaba complura dicunt. Sic Cato originum ado, Fana hoc loco cõpluria. Cicero in Protagora, Con- andi genera compluria.* Credo.] *Quia veteres hoc e, non hoc plus dicebant.* Commodum.] *Commoda natio eſt tempori.* * Cõmodum, tantum quod.] *lius, Quod mihi commodum eſt, aut vda veſtimenta ſuerant.* Is qui iſtam.] *ἀποσιώπησις tertia, deeſt ob- t nobis, aut defendit, aut quid tale.* Fugitans li- .] *Genitiuo caſui vim nominis habet Fugitans iuri- : accuſatiuo, vim participij.* Fugitans litium.] *Qua- od vult in domino facere, id iam in eo eſſe dicit, præ- ns hominem ad contemptum pecuniæ, quæ poſcitur m.* Dari tibi in manum.] *Datur ei in manum, qui ratim accipit, ſine arbitro, aut interprete, vt præua- tor, aut iudex corruptus.* Hæc hinc faceſſat.] *Pro ſe faciat, id eſt, abeat: vt huc ſe faciat, huc accedat ificat.* Hæc hinc faceſſat.] *Procedat: alias faciat. o duas res ſignificat hoc vnum verbum. An hinc fa- at prouerbialiter, quaſi hinc faciat? Plaut. Argentum c facite. Huc te fac, dicitur pro huc accede.* Aliquam tem.] *Etſi non totum, vel aliquam partem.* Verba die inter vos.] *Sic dicebant iurgi uſ ſignificantes. Pro- e verba cõmutare, eſt quod altercari dicimus.* Quid? nium: quantum libuit.] *Apud quoſdam diuerſæ ſonæ cum verbis ſingulis.* Parui retulit.] *Nihil inter- t, vel parum interfuit: id eſt, nihil profuit.* Non ſu- piſſe, inuenta eſt, quæ dotem petat.] *In Græca fa- la ſenex hoc dicit, Quid intereſt, me non ſuſcepiſſe filiã, nodo dos dabitur alienæ?* Sed mihi.] *παρένθεσις prima.* d mihi opus erat.] *Inductio doli eſt. nam ante quàm at, petendi cauſam ingerit.* Quæ afferret qui diſſol- rem.] *Quia, ſi opum cauſa habendarum dotatam quæ- et, minor eſſet neceſſitas captandæ opulentioris: æs alie- m addidit, cui rei nihil opponi poteſt.* Ab hac accipio æ ſpõſa eſt mihi.] *Mirè accipio: non, accepturus ſum. definitum modum ponit, ne de ſumma dotis ſuperſit diſpu-*

diſputatio. Vtrum ſtultitia facere.] *παρέλκον terti*
hoc idem enim valet Vtrum quod An. Scientem an
prudentem.] *ἀντίθετον: ſecundum. nam ſcienti impruc*
tem reddidit. Quid ſi animam debet?] *Græcum*
uerbium, καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν ὀφείλει. Ager oppoſi
eſt pignori ob decem minas.] *Aſtute non protinus*
ginta minas dixit ſed paulatim colligit, vt partibus c
geſtis in ſumma ſenex minus grauetur. nam ſi ſemel d
ret deterreret parciſſimum ſenem. Denique auditis de
minis, ſtatim reſpondet, dabo; conceduntur ab alio dec
de reliquis ſupereſt dubitatio: nam difficilis ad dandi
Sumptu ad nuptias.] *Opus eſt, ſubauditur.* Pone
ne inquit decem minas.] *Bene ſanè, quaſi plus quida*
exigat, ſed hoc contentus ſit. Sexcentas proinde pot
ſcribito iam mihi dicas.] *Perſpicere hinc licet conſi*
tudinem vtriuſque ſermonis nam Apollodorus μυρ
dixit pro multis. Et vt apud Græcos μύρια, ita apud
ſexcenta, dicere pro multis vſitatum eſt. Cicero. Sexce
poſſum decreta proferre. Mea cauſa eiicitur. me hoc
æquum amittere.] *Ratio cur ipſe viginti dare deb*
minas, dante Demiphone decem. Quantum potes
certiorem.] *Feſtinat Geta ſcit enim dixiſſe lenonem, M*
lege vtar, vt potior ſit, qui prior ad dandum eſt. Qu
quidem illi res vertat male.] *Non deſinit poeta oſtend*
re auaritiam Demiphonis, qui nec ideo libenter fert da
aliquid Phormioni, quia ſic commodum ei eſt. Vergil. H
illi, quod nec bene vertat, mittimus hœdos. Mecum a
gentum attuli.] *Comicum, argentum præſto eſt: & cau*
ſa additur cur præſto, & vnde ſit: ſimul iracundiæ vx
ris & iurgio præparatur locus. Fructum, quem Lemn
&c.] *Et Lemni, & Lemno legitur.* Reddunt prædia.
χρῆμα ἐπεξήγησις. & propriè de fructu, reddunt. Id ſu
mam.] *Non fructum, ſed argentum.* Id ſumam.] *Im*
pendam, vnde & ſumptus dictus. Vxori tibi opus eſſ
dixero.] *Bene eſſe, non fuiſſe: ne iam repetendum vide*
retur. Opus eſſe dixero.] *Adiunctiuum pro*
indicatiuo, vt in Eunucho, Per-
culeris tu iam me.

ACTVS

ACTVS IV. SCENA IV.

ANTIPHO. GETA.

Eta. GE.hem. AN.quid egiſti? G.emunxi argento ſenes. Senarij.
atin' id eſt? G. neſcio hercle: tantum iuſſus ſum.
.Eho verbero,aliud mihi reſpondes,ac rogo?
.Quid ergo narras? A. quid ego narrē? opera tua
reſtim mihi quidem res rediit planiſſume:
e quidem omnes dii, deæq;, ſuperi, inferi,
lis exemplis perdant: hem,ſi quid velis,
ic mandes,quod quidem recte curatum velis,
i te ad ſcopulum è tranquillo inferat.
id minus vtile fuit,quàm hoc vlcus tangere,
nominare vxorem? iniecta eſt ſpes patri
ſe illam extrudi: cedo,nunc porrò Phormio
tem ſi accipiet,vxor ducenda eſt domum:
id fiet? GE.non enim ducet. AN.noui: cæterum
m argentum repetent,noſtra cauſſa ſcilicet
eruum potius ibit. GE. NIHIL EST Antipho,
in male narrando poſſit deprauarier:
id quod boni eſt,excerpis: dicis quod mali eſt.
di nunc contra iam: ſi argentum acceperit,
cenda eſt vxor,vt ais: concedo tibi:
tium quidem tandem apparandis nuptiis,
candi,ſacrificandi dabitur paululum:
erea amici,quod polliciti ſunt,argentum dabūt.
ſtis reddet. AN.quamobrem? aut quid dicet? GE.
ogas?
ot res poſt iſta monſtra euenerunt mihi?
oiit in ædes ater alienus canis.
guis per impluuium decidit de tegulis,
lina cecinit: interdixit hariolus,
ſpex vetuit ante brumam aliquid noui
otii incipere,quæ cauſſa eſt iuſtiſſima.
fient. AN.vt modo fiant. GE.fient: me vide:
r exit: abi,dic eſſe argentum Phædriæ.

Iunxi argento ſenes.] *Mirè, cùm è contrario dicatur emunctus homo elegans & facetus, vt Horatius de ilio, Emunctæ naris inquit.* Satin' id eſt?] *Hoc eſt,*

